



# Psalmi Davidis

<https://hdl.handle.net/1874/397601>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

**Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:**

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:**

- de rug van het boek
  - de kopsnede
  - de frontsnede
  - de staartsnede
  - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

**More information on this collection is available at:**

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>


**Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:**

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

407

Pl. 3 N. 3






87

u





~~Biblia et interpretes~~

*L 107. B m. 5*

~~Octavo n<sup>o</sup>. 214.~~

Handwritten text from the adjacent page, including a large red initial 'S' and various Latin characters.

Handwritten text at the bottom of the page, including a large red initial 'S' and various Latin characters.



N<sup>o</sup>. J. E. f

N. 37. A.

84  
**Psalmi**

**DAVIDIS IVXTA**

TRANSLATIONEM VET-  
rem recogniti, Argumentis & Annota-  
tionibus D. GEORGII MAIORIS il-  
lustrati.

cum præfatione IOAN. STURMII.

*Pro Schola Argentinensi,  
Edoardo Bunselio*




**EXCVDEBAT IOSIAS REX**

helius M. D. LXVI







# IOAN. STVR.

MIVS PETRO CLARO

S. P. D.



I OPTATISSIME

Clare, Davidis Regis atq;

Prophetæ Dei Psalmos:

et nostris Scholis cōmen-

dare: et ex nostra urbe diuulgare, et ad te mittere constitui. Opinor autem hæc tria te absque me intelligere quamobrem faciam. Sunt enim Psalmi ipsi, ut per se satis constat: propter authoritatē Prophetæ, in summo authoritatis loco collocati: imò ipsius Spiritus sancti sunt prædictiones, comminationes, cōminationes, consolationes: eaq; illiusmodi ut antecedentiū temporū historiam habeant: rerū præcipuarū: et regni Iudaici deformationem talem qualem perfectam nos temporibus docti uidimus. et authoritates sententiarum tam multas ut ad omnes quæstiones accersiri possint: et tam ueras ut Euangelicæ sint atque ui-

## IOAN STVR.

deantur. Idcirco in nostris scholis eos quotidie sepe nostras curias modulari placitum est: ut non solum scholarum parietes personantes: sed etiam animorū quasi resonantes sint cogitationes: & perpetua quasi canere memoria. Ex nostra autem urbe & è nostris scholis prodire noua forma placuit: ut non peregrino sed indigeno alimento discipulorum nostrorum mentes nutriantur. Non enim in libris est necessarium: quod in peregrinis faciendum est piscibus. Rhombum enim mediterraneum et truffas Balticas nostri lacus & flumina nō habent: his enim bis falsis utendum est: at libros quosuis habere & facere possunt, nostrorum librariorum officina: ut à primo uenditore quotidie queant comparari. Sed D. Georgij Maioris utimur uolumine: quoniam minimum recessit ab interpretatione ueteri: & illius argumenta, & explicatiuncule illustres sunt: & Philippi Melanthonis myrothecium redolent. Tibi uero Petre Clare mitto: & te appello: ut hoc paruum uolumen pro comite habeas

PRAEFATIO.

in tuis crebris & propè continuis professionibus. & in his Psalmis uerseris: & his te exerceas: teq; erudias hoc diuino auctore: & huius sententijs te consoles atque oblectes: quem quacunque lingua interpretaberis: eadem manet cum sapientia tum suauitas: id quod in Pindari hymnis non fit, neq; Horatij Odis: in quibus si uerba commutes: nescio quæ cuiusue rei salsamenta fexq; & muria fiat reliqua. Christi uero corpus ut etiam doctrina, quo nudior est, eo, ut mihi uidetur, gratiores euadit. Et certè tempus est ut aliquando his occupationibus te liberares & de quiete & otio cogites. etiã de uxore: quæ te paruo Iulo recreare posset. & quoniam tu mihi fidelissima gratia coniunctus es, rogo te ut & istud facias, & hanc inter nos colamus gratiam, etiam horum Psalmorum commentatione: ut cum in cæteris rebus idem sensus noster sit atque uoluntas: magis etiam atque firmitus hoc diuino glutino copulemur: & quod ille comicus nugator in re nugatoria non uerè dixit: id nos in re uera

IO. STVR. PRÆFATIO.  
serio pronunciemus. Ego tu sum: tu ego:  
unanimi sumus. Nestorius animus, Ne=  
storius est etiam cum moritur, no=  
men non mutat. Vale mi opta=  
tissime Clare. Argentora=  
ti 17. Decembris,  
1565.

SERENIS=

# SERENISSIMO

AC ILLVSTRISSIMO

PRINCIPI AC DOMINO, DOMI-

no Christiano, Daniæ, Noruuegiæ,

Schlaurū & Gottorū Regi, Duci in

Schlesuick, Holfatia, Stormarn, &

Ditmarschen, Comiti in Oldenbur-

go, & Delmenhorst, Domino suo cle-

mentissimo.

**D**OMINE ne proijcias me in tēpo-  
re senectutis, cum defecerit uirtus  
mea ne derelinquas me.

Quia inimici mei locuti sunt cōtra me,  
& qui obseruant animam meam consiliū  
fecerunt in unum.

Dicentes, Deus dereliquit eū, persequi-  
mini & comprehendite eum, quia non est  
qui cripiat.



**H**AEC EST ECCLE-

sia senescentis oratio, uerè

ad hæc nostra tempora per-

tinens, quæ alte pijs menti-

bus infigenda, & sepe his

miserrimis temporibus repetenda, ac assi-

duis precibus & gemitibus accendenda

est. Quia enim Ecclesia, ut sancta & pia



PRAEFATIO.

mater iam senescens, in gentibus tot seculorum  
 erumnis & calamitatibus fracta & debili-  
 tata, uidet postremis temporibus non fore  
 eas uires sui corporis in senecta, quae olim  
 in iuuenta, Patrum nempe, Prophetarum  
 & Apostolorum tempore, quaeque in pri-  
 mitiua Ecclesia fuere: Rariora fore, pro-  
 pter hominum scelera & impietatem, do-  
 na Spiritus sancti, non eam fidem, timorem  
 & amorem Dei: non eam patientiam in af-  
 flictionibus, non eam constantiam in con-  
 fessione, non tantum studium & amorem  
 uerbi Dei, non ita ardentem inuocationem,  
 spem, dilectionem, ac omnia, ut in effoeto  
 corpore, fore languidiora, atque ideo ad iu-  
 dicium & conspectum Dei exhorescit & ti-  
 met, ne in aeternas poenas propter hos te-  
 tros senectutis morbos abijciatur, ne a Deo  
 tanquam sponso et marito deseratur: ideo  
 orat, Domine ne proijcias me in tempore  
 senectutis, cum defecerit uirtus mea, ne de-  
 relinquant me.

Hos morbos, cum omnes pii in hac sene-  
 cta Ecclesiae uideant, & singuli in sese ipsi  
 sentiant ac experiantur. Ideo haec tanta ma-  
 la ag-

PRÆFATIO.

la agnoscamus & deploremus, ac toto pe-  
ctore cum tota Ecclesia Dei, singuli quo-  
tidie precemur, ne propter hos senectutis  
Linguores & alia peccata ac tristia mala,  
Deus nos abijciat, ne deserat, sed Spiritus  
sancto & uerbo suo sanet, recreet, & usque  
ad gloriosum illum aduentum liberatoris  
& Domini nostri IESU CHRISTI  
filij sui, Ecclesiam ac omnia eius membra  
sustentet. Hæc est prior precationis pars.

Sed & altera hisce temporibus impri-  
mis est necessaria, quia Ecclesia in senecta,  
deslituta omnibus opibus, uiribus & præ-  
sidijs humanis, uidens postremis tempori-  
bus Satanam ac Tyrannos horribiliter in  
se grassaturos, petit à Deo defensionem.

Ecclesia enim Dei, quanquam ab initio  
mundi, furoribus Diaboli & Tyrannorū,  
tanquam nauis in mari seuis procellis, sem-  
per exposita fuerit, tamen testatur hic Pro-  
pheta, ac multis in locis sacra scriptura, po-  
stremis temporibus seuiore tempêtes  
quassaturas Ecclesiam sicuti hæc præsen-  
tia tempora ostendunt.



PRAEFATIO.

Predicit autem Propheta, Diabolum ac hostes Dei, duabus machinis oppugnatores & concussuros esse Ecclesiam senescentem, falsa doctrina & impijs cultibus: Deinde aperta ui & grassatione, & haec mala in postrema etate Ecclesiae, quam superioribus seculis, fore acerbiora & magis dura.

Nam cum ait: Inimici mei locuti sunt contra me, significat eos qui titulum & nomen Ecclesiae sibi solis, sed falso arrogant & ad gubernacula Ecclesiae sedent, fore acerbissimos hostes Ecclesiae Dei, qui corrupturi & damnaturi ueram doctrinam, commentitiam & falsos cultus proponent populis: quae sua impia dogmata & cultus idolatricos, ut tueri & adscrere, ac pios Doctores tollere ac interficere possint, ostendit tales sanguinarios multas & uarias technas excogitatuos, quibus ad delendam ueram doctrinam, potentum animos permouere & inflammare conabuntur, quae situros uarias furoris & crudelitatis suae exercendae occasiones, quas ubi inuenerint, tum aperta ui & armis grassaturus

PRÆFATIO.

*saturos in pios: ideo addit,*

Qui obseruant animam meam, consilium  
fecerunt in unum.

Dicentes, Deus dereliquit eum, persequi-  
mini & comprehendite eum, quia non  
est qui eripiat.

Ita in hac oratione Propheta uoluit  
depingere imaginem senescentis Ecclesiæ,  
& quæ ipsius fortuna futura esset, in ex-  
trema senectâ.

Hebræi Ciconiam autem Chasidah uo-  
cant, qua uoce natura auis simul propriis-  
sime & pulcherrime exprimitur.

Indidit enim Deus huic aui hanc *ἔοπλε*  
ut parentibus confectis senio, in renutrien-  
do fouendo & defensione, mutuam uicē  
rependant: Quinetiâ in uolatu alis & hu-  
meris suis parentes uehere & gestare dici-  
tur, unde & apud ueteres pietatis symbo-  
lum Ciconia fuit, & ab Hebræis dulcissi-  
mo nomine, quasi pia & erga parentes mi-  
sericors Chasidah appellatur.

Hanc igitur Chasidæ naturam imite-  
mur, sicuti scriptura sæpe animantium na-  
turas ideo ob oculos proponit, ut earū cōsi-  
dera-

PRÆFATIO.

deratione nostri officij admoneamur, & cogitent singula membra Ecclesiæ, & in primis illi, quibus imperia & gubernacula rerū cōmendauit Deus, se debere in hac ultima senectā piæ matri αὐτὴν τρεφῆσαι & renutricia: Sicuti uetus & honestissima Ciconiarū lex præcipit, Δεῖ τὸς νεοτῆς τὸν πατέρα κάλιω τρέφειν. præbeāt ei iam exultanti & afflictæ hospitia, defendant pios Doctores, excient bonarum, & ad hanc uitam maxime necessariarum artium studia: studeant retinere & propagare etiam ad posteros ueram & salutarem doctrinam, & ueros cultus Dei, et piam ac honestam diciplinam. Existiment hæc officia uerè esse summa, imperijs & Rebus pub. & toti mortalium generi, cum ad præsentem, tum ad æternam uitā maximè necessaria, & hæc sola esse firma & perpetua imperiorū fundamenta & præsidia, ipsiq; Deo gratissima, sicut sapiētissimus Regum ait. Misericordiam & ueritatem para, quæ custodiant Regem, & 1. Reg. 2. Glorificantes me, glorificabo.

Magnum decus Dauidis tū apud suos,  
tum

PRÆFATIO.

tum exteros reges & nationes, fuerunt tot  
 insignes uictoriae partæ, amplissimæ opes  
 ex deuictis hostibus congestæ, ingens ro-  
 bur exercitus, & regnum florentissimum,  
 quæ maximè expetere & admirari homi-  
 nes solent, sed inter hæc tanta ornamenta,  
 David illud ducit esse summum & omniū  
 maximū, quod eius populi Rex est, qui pro  
 missiones, qui patres, adoptionem, testa-  
 mentū, arcam fœderis, legem et uerum cul-  
 tū Dei, qui Prophetas, qui promissiones de  
 Messia liberatore generis humani, habet.

Gerit itaq; magno et infracto animo bel-  
 la: Constituit, ornat et amplificat regnū le-  
 gibus, iudicijs, opibus, uiribus et potentia.  
 Inter illa tamē hæc præcipua illius et sum-  
 ma cura est, ut uera doctrina de Deo, uerus  
 cultus Dei, qui sub impio rege Saule conta-  
 minatus et labefactatus erat, rursus in hoc  
 populo restituatur.

Quare non tantum ad doctrinam, &  
 cultum à Deo traditum conseruandū, exci-  
 tat literarū studia, cōstituit Leuitas, Docto-  
 res, Musicos & multarū bonarum artium  
 professores, sed & rex ipse, magnus ille  
 bellator

PRÆFATIO.

bellator, utcunq; à Michol uxore & aulicis rideatur, nihil sibi putat pulchrius, laudabilius & decorũ magis, quã esse in coetu psallentiũ & celebrantiũ Deũ: Sæpe audit Doctores coelestis doctrinæ, Samuelem, Nathã, Gad, prophetas & sacerdotes Sadoch et Achimelech: Pluris facit illam laudatissimam coronam & Academiam sanctissimorum & doctissimorũ hominũ, sacerdotũ & Leuitarũ, quorũ adhuc præclara de ipsorum excellenti doctrina, monumenta in Psalmis extant, Asaph, Hæman, Ethan, filiorum Chore, & aliorum plurimorum summorum uirorum, & horum doctrinam, congressus & colloquia, quam omnes regias opes, exercitus, gloriam & potentiam regni. Itaq; sæpe cum his cõgreditur, & cum eis de doctrina coelesti, de uenturo Messia liberatore generis humani cõfert: Imò etiã in illustrãda et propaganda uera doctrina Dei cũ illis certat, ita ut inter tot sui seculi Prophetas et Doctores, Doctorũ et Prophetarũ summus, et summum ornamentũ et decus Ecclesie et regni rex ipse fuerit. Hunc regis animũ, studiũ et amorẽ

erga



PRAEFATIO.

erga Ecclesiam, doctores & doctrinam coelestem ipsius Psalmi propriissime exprimunt. Ac uoluit Deus hunc tantum regem, et quidem bellatorem maximum, ut in illustri persona, illustre exemplum omnibus regibus & principibus ad omnem aetatem proponi, ut sui officij comonescerent. Deploranda autem quorundam regum et principum, horum temporum impietas & immanitas est, qui etsi Ecclesiae membra esse uelint, & matris senescentis morbos agnoscant: tamen ut Aegypti non mouetur ipsius malis, non studet ea sanare: sed fascinati impijs Ecclesiae Cainicae opinionibus, ueram matrem cum liberis suis delere conantur, pia membra Ecclesiae trucidant et horribiliter matrem lacerant: quae mala Ecclesia in senectute sua exoritura prauidit, cum, ut supra dictum est, in precatione sua, hostium uoce utens, ait: Persequimini & comprehendite eum, quia non est qui eripiat.

Quamquam autem gentes tumultuentur, populi meditentur, Reges insurgant, & principes confederentur aduersus Dominum, & aduersus Christum eius: tamen subinde quosdam ex regibus, principibus, gentibus

PRAEFATIO.

tibus et populis excitat Deus, qui Ecclesiam  
 & eius ministros ac pios tueantur ac foveant:  
 ant: sicuti Esa. 60. promittit Deus, cum ait  
 Eris derelicta & odio habita, & tamen  
 suges lac gentium, & mamilla Regum  
 lactaberis.

Laudandi igitur modis omnibus Reges  
 & principes sunt, & eorum uoluntas & con-  
 titus ab omnibus pijs excitandus et adiuuan-  
 dus est, qui in hac senecta Ecclesia afflictam  
 exulantem & miserrime laceratam, student  
 his tantis malis eripere, eam fovere & con-  
 seruare, & qui ei mamillas praebent.

Inter quos laudatissimos principes, Serenissime  
 rex, cum tuum studium erga ueram  
 Ecclesiam Dei et pios Doctores, maximis  
 beneficijs ualde sit conspicuum & illustre,  
 ad alendam et accendendam hanc  
 tam praeclearam ac piam uoluntatem tuam,  
 Regum maximi et Prophetae summi poemata  
 carmina sanctissima et celeberrima, tibi  
 regi summo, et ueram pietatem amplectenti,  
 magno studio fouenti, dedicare uolui.

Si enim unquam diligenti Psalmorum  
 lectione opus fuit pijs mentibus, certe

PRAEFATIO.

nostris tristiſſimis & turbulentiſſimis tem-  
poribus maxime opus eſt, ut in his tot &  
tantis calamitatibus, confuſionibus, ruinis  
imperiorum, mœſta & afflicta corda, inde  
certam leuationē & præſidium capiant,  
& huc, tanquam naufragium timentes, ue-  
luti ad ſacram anchoram confugiant. Ve-  
tus enim & ueriſſimū dictum eſt, Pſalmos  
eſſe tribulatorum ſolatia.

Cum igitur Typographus Pſalterium  
iuxta ueterem translationē toties iam ex-  
cuſum, recudere & iterum edere ſtatuif-  
ſet, eſſi iam multorum luculentæ uerſio-  
nes extent, quibus pijs ſœliciter & magno  
cum fructu uti poſſunt: tamen, quia uetus  
translatio multis ſeculis recepta in Eccle-  
ſijs, & uulgo uſitatiſſima, ualde tamē, in-  
iuria tot ſeculorum, ut omnia longa uetu-  
ſtas deſtruit, & ſaxo longa ſenectā nocet,  
ſicut poëta ait, contaminata eſt, rogatus à  
Typographo, cum aliorum uerſionibus  
adhibitis, etiam ad hunc laborem aliquot  
pijs & Hebraicæ linguæ doctis uiris, hanc  
cōtuli, & quoad eius fieri potuit, dedimus  
operam, ne à ueteri & uſitata recedere-  
mus.



PRÆFATIO.

Addidimus quoque argumenta & breuissimas annotationes, quæ non parum lucis legentibus afferent.

Multum autem et cæterorum doctissimorum uirorum uersiones quæ extant, et imprimis germanica D. Doctoris Martini Lutheri sanctæ et piæ memoriæ patris nostri, et Latina translatio Reuerendi uiri D. Doctoris Iohannis Bugenhagenij Pomerani, præceptoris nostri obseruandi & charissimi, nos adiuuerunt, quam in Academia Hassnensi uestre Sereniss. Maiestatis regno scripsit.

Quam uerò multa in ueteri uersione fuerint aliena à uera sententia, quæ in multis locis sententiæ distractæ, cõfusæ, corruptæ, quam multa obscura, ambigua, intelliget is, qui hoc exemplar cū ueteribus conferet, ut non modo ridendi, sed execrandi modis omnibus sint illi, qui superiori anno in consilio Tridentino decretum fecerunt, non esse alia uersione sacrorum librorum, quàm uulgata utendū, cū illa in plus quàm sexcentis aut mille locis sit corrupta et deprauata, et præceptū sit, ut de fontibus Israel benedicamus Domino, nusquàm autem puriores

PRÆFATIO.

riores et liquidi magis fontes doctrinæ cœlestis sunt, quam in illis ipsis linguis, quibus sacras literas orbi terrarum initio tradi & reuelari uoluit Deus, & multis seculis in Ecclesia usitatum fuit, ut si qua ambiguitas aut obscuritas incideret, semper Hebraica aut Græca lingua, fontes ipsi, cōsulerentur, quos illi hoc tempore nobis, ut olim Philistini Isaac & seruis illius, puteos ab Abraham effossos inuidentes, suo humanarum traditionū cœno obstruere & obdurare conantur.

Postremò precamur toto pectore æternum patrem Domini nostri Iesu Christi, ut omnium regum, principū & populorū animos, ad piam & Ecclesiæ Christi salutarem concordiam flectat, ne Sathan genere humano ad imaginem Dei, & ad æternam uitam cōdito, ad suos tetros furores, blasphemias, idolatrias, bella, cædes, libidines & uastationes imperiorum, sicuti hoc tēpore cœpit, tam fœde abutatur, Amen.

Sereniss. Maiest. Vestræ  
addictissimus

Georgius Maior  
Doctor.

IN PSALMOS DAVIDIS.

**S**I tibi religio ueterum nō cognita patrū,  
Et fidei ratio te mouet ulla tuæ:

Consule fatorū Iessæo in carmine sensus,  
Inuenies similem cum pietate fidem.  
Iam puto suscepto ceu pignore lætus abi-  
bis,

Et firma reprimes languida corda fide.  
Iam tua se Christi meritis fiducia fulcit,  
Promissisq̄ue Dei mens habet egra fidē.  
Namq̄ue tina ratione salus datur omni-  
bus æuis,

Omnibus in Christi nomine uita datur.  
Ipsi nascendo de uirgine uota dederunt,  
Nos tenera nato uirginæ uota damus.  
Ergo fidem fecit nobis cōsensus auorum,  
Nostra sit ut ueris sōtibus hausta fides:  
Et tu Christe iubes lustrare uolumina ua-  
tum,

Quæ tua ceu uiuo numina teste probāt.  
Testis es Iasiden diuino carmine uatem,  
Prouida de regnis uerba sonare tuis.  
Quod geminæ confors stirpis, mediator  
utraque

Stirpe leues gratis tristia quæque mala.  
Quod patribus tu doctor eras, tu ductor  
& auspex.

Cum nondum è casta uirgine sumpta  
caro est,

Quod

Quod tibi Iapheti, Semiaque propagine  
cœtum  
Colligis è uerbi uoce sonante tui.  
Ergo suis querit quicumque leuamina da-  
mnis  
Hauriat hinc pleno fôte salutis opem.  
Qui mortis stimulos pro labe stipendia  
sentit,  
Sanct Euangelij uulnera cordis ope.  
Quem fors arcta premit, torquet uis an-  
xia morbi,  
His sua non dubitet damna leuare bo-  
nis.  
Inũc & Psaltæ Thebana uolumina cõfer,  
Et legem fidei præfer, ut ante, sonis.  
Nam legem ratio nouit, sed cognita nulli  
Vox Euangelij iura salutis habet.  
Edocet hæc usum legis, uitæque togatæ,  
Ac umbras remouens legis, aperta do-  
cet.


Iohan. Maior, Ioach. D.

DE VSV PSALTERII.


ΒΑΣΙΛΕΙΟΣ εἰς τὸν ἅ ψαλμῶν.

Ἡ τῶν ψαλμῶν Βίβλος, τὸ ἐν πάντων ἰσχυρὸν  
 λιμὸν περιείληφε προφητεύει τὰ μέλλοντα,  
 ἱστορίας ὑπομνησθεῖ, νομοθετεῖ τῷ βίῳ.  
 ὑποτίθεται τὰ πραΐσια, καὶ ἀπαξασπλῶς  
 ποιῶν ταμείον ἔστιν ἀγαθῶν διδασκαλιῶν,  
 καὶ ἐκάστῳ πρόσφορον κατὰ τὴν ἐπιμέλειαν  
 ἐξευρίσκεισα.

Τὰ τε γὰρ παλαιὰ τραύματα τῶν ψυ-  
 χῶν ἐξιᾶται, καὶ τῶ νεοτρότῳ ταχείαν ἐπά-  
 γει τῷ ἐπανόρθωσιμ, καὶ τὸ νεοσκηὸς πνεῦμα  
 ποιῆται, καὶ τὸ ἀνέριον διασώζει, καὶ ὅπως  
 ἐξαιρεῖ τὰ πάθη καὶ ὅσον οἶοντε, τὰ ποιῶν  
 λως ταῖς ψυχαῖς ἐν τῷ βίῳ τῶν ἀνθρώπων  
 ἐνδυναστεύοντα, καὶ τῆτα, μετὰ τινος ψυ-  
 χαγωγίας ἐμμελῶς, καὶ ἡσυχίας, σώφρονα δι-  
 γισμὸν ἐμπούσης.







# LIBER PSAL-

MORVM.

I.

Commendat studium uerbi Dei, & discernit ueram Ecclesiam à falsa.



**B**EATVS VIR  
qui nō abijt in con-  
silio impiorū, & in  
uia peccatorum nō  
iret, & in cathedra derisorum  
non sedit.

Sed in lege DOMINI uolup-  
tas eius, & in lege eius meditati-  
tur die ac nocte.

Et erit tanquam lignum quod  
plantatū est secus decursus aqua-  
rum, quod fructū suum dabit in  
tempore suo: Et folium eius non  
defluet, & omnia quæcunque fa-  
ciet, prosperabuntur.

NON sic impij, sed tanquā pul-  
uis, quem proiecit uentus.

Ideo nō consistent impij in iu-  
dicio, neque peccatores in cōcilio  
iustorum.

I.

Descriptio  
ueræ Eccle-  
siæ quæ am-  
plectitur  
uerbū Dei  
& ei alliga-  
ta est, &  
hæc discer-  
nitur à cete-  
ris sectis,  
quæ habet  
commenti-  
ciam doctri-  
nam sine  
uerbo Dei.

II.

Consolatio  
& collatio  
succelluum  
& fructuū  
utriusque  
Ecclesiæ.

III.

Antithesis  
falsæ Eccle-  
siæ.  
Psal. 5.

A



Epiphone-  
ma.

Quoniam nouit **DOMINVS**  
uiam iustorum, & iter impiorum  
peribit.

## II.

Prophetia & consolatio de regno Christi propa-  
gando inuitis potestatibus aëris. Continet autem hi-  
storiam passionis Christi, sicuti Actor. iij. Apostoli  
interpretantur, & descriptionem persecutionis Ec-  
clesiæ omnium temporum, & prædicit interituros  
omnes quotquot hunc regem persecuti fuerint. Bea-  
tos autem fore qui ipsum adorauerint & coluerint.

<sup>1.</sup>  
Increpatio  
hostiū Chri-  
sti & Eccle-  
siæ.  
**Q**Vare fremuerunt gentes, &  
populi meditati sunt inania  
Astiterunt reges terre, & prin-  
cipes conuenerunt in unum, ad-  
uersus **DOMINVM**, et aduersus  
Christum eius.

Dirumpamus uincula eorum  
& proijciamus à nobis iugum ip-  
sorum.

Mimesis ho-  
stium Ec-  
clesiæ.  
Communa-  
tio.  
Qui habitat in caelis ridebit, et  
**DOMINVS** subsannabit eos.  
Tunc loquetur ad eos in ira  
sua, & in furore suo conturbabit  
eos.

Ego

PRIMVS.

EGO autem constitui regem  
meum super Zion montem fan-  
ctum meum.

II.

Christus  
rex Eccle-  
siae.

III.

Christus sa-  
cerdos &  
Deus.

IIII.

Regnum  
Christi etiã  
inter gētes.

V.

Sceptrum  
verbum.

VI.

Exhortatio  
ut hunc sa-  
cerdotem  
audiant, &  
huic regi  
obediant.

VII.

Epiphone-  
ma & fru-  
ctus regni  
huius.

Prædicabo de decreto, quod  
DOMINVS dixit ad me, Filius  
meus es tu, ego hodie genui te.

Postula à me, & dabo tibi gen-  
tes hæreditatem tuam, & posses-  
sionem tuam terminos terræ.

Conteres eos uirga ferrea, &  
tanquã uas figuli cõfringes eos.

ET nunc reges intelligite, eru-  
dimini qui iudicatis terram.

Seruite DOMINO in timore,  
& exultate cum tremore.

Osculamini Filium, ne quãdo  
irascatur, & pereatis in uia, Quia  
exardescit in breui ira eius: Beati  
omnes qui confidunt in eo.

III.

Precatio & consolatio in aduersita-  
tibus cum uidemur abiecti à Deo. Sicut  
enim David pulsum regno, creden-  
tem & inuocantem exaudit & adiuuat  
Deus, ita & nos in fide inuocantes ser-  
uabit.

## LIBER

PSALMVS DAVID CVM  
fugeret à facie Absalon fi-  
lij sui.

I.  
Orditur à  
querela &  
tristi gemi-  
tu.

DOMINE quid multiplicati  
sunt qui tribulant me, multi  
insurgunt aduersum me?

II.  
Antithesis.

Multi dicunt anime meæ, non  
est salus ipsi in Deo, Sela.

Tu autem DOMINE prote-  
ctor meus es, gloria mea, & exal-  
tans caput meum.

III.  
Precatio &  
consolatio

Voce mea ad DOMINVM  
clamaui, & exaudiuit me de mon-  
te sancto suo, Sela.

IIII.  
A suo exem-  
plo.

Ego dormiui & soporatus  
sum, & exurrexi, quia DOMINVS  
sustentauit me.

ἠπινύουρ.

Non timebo multa millia po-  
puli circumdantis me.

Exurge DOMINE, saluum  
me fac Deus meus, Quoniam tu  
percussisti omnes aduersantes  
mihi in maxilla, dentes impiorum  
contriuisti.

V.  
Antithesis  
contra prio-  
res uersus.

Apud DOMINVM est salus,  
& su-

& super populum tuum benedictio tua, Sela.

IIII.

Precatio, etsi Ecclesia affligitur, tamen est curæ Deo, & mirabiliter iuuatur & cōseruatur, & est cōsolatio contra scandalum fidei, quod iustis mala, impijs uero bona contingunt.

LAMNAZEACH, AD  
 præcinendum in fidibus,  
 Psalmus David.

Cum inuoco exaudi me Deus iusticiæ meæ, in tribulatione qui me cōsolaris, Miserere mei, & exaudi orationem meam.

Filij hominum usquequo gloria mea erit opprobrio? ut quid diligitis uanitatem & quæritis mendacium? Sela.

Cognoscite quoniam mirabiliter regit DOMINVS sanctum suum, DOMINVS exaudiet me cum clamauero ad eum.

Si irascimini, nolite peccare, loquimini in cordibus uestris, & super cubilibus uestris, & filete, Sela.

I.  
 Propositio,  
 cum clamo  
 exaudi me.

II.  
 Increpatio  
 & Apostrophe ad contemptores uerbi.

III.  
 Cōsolatio.  
 Affligitur  
 glorificet.

IIII.  
 Hortatur in  
 firmos ad  
 patientiã.  
 Ephes. 4.

LIBER

v. Qui uerus cultus Dei. Mimēsis. Sacrificate sacrificia iusticie, & sperate in DOMINO.

vi. Antithesis, ego te; illi opibus suis lætantur. Multi dicunt, quis ostendet nobis bona? Sed tu leua super nos lumen uultus tui DOMINE.

vii. Fides parit pacem. Dedisti læticiã in corde meo, dũ illi uino & frumēto abundat. In pace simul cubo & dormio, Quoniam tu DOMINE solus in spe constituisti me.

v. Oratio, pro Ecclesia hereditate Dei, ut regatur & defendatur contra falsos doctores.

AD PRÆCINENDVM  
pro hereditatibus, Psal. David.

i. Propositio. Regē & defende Ecclesiam cõtra impostores. Verba mea auribus percipe DOMINE, intellige clamorē meũ. Intende uoci orationis mee, rex meus & Deus meus, Quoniã ad te orabo.

Affectus orationis. DOMINE, mane exaudies uocē meã, Mane astabo tibi & uidebo.

ii. Ratio petitionis. Quoniam nõ Deus uolens iniquitatem tu es, Neque habitabit iuxta



iuxta te malignus.

Neque permanebunt iniusti ante oculos tuos, Odisti omnes qui operantur iniquitatem.

Perdes qui loquuntur mendacium, Virum sanguineū & dolosum abominabitur DOMINVS.

Ego autem in multitudine misericordiae tuae introibo in domū tuam, adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo.

DOMINE deduc me in iusticia tua propter inimicos meos, dirige in conspectu tuo viam meā.

Quoniam non est in ore eorū veritas, cor eorum uanum est, Sepulchrum patens est guttur eorū, linguis suis dolose agunt.

Iudica illos Deus, ut decidāt à cogitationibus suis, secundū multitudinē impietatē eorum expelle eos, quoniam irritauerunt te.

Et lætentur omnes, qui sperāt in te, in æternum exultabunt & habitabis in eis. Et gloriabūtur in

III.

Describit impios doctores quos petit deleri.

IIII.

Antithesis. Alij sunt pij doctores.

V.

Petit ut pij doctores & Ecclesia regatur à reo uera doctrina.

VI.

Repetit descriptionē perniciosorum doctorum quos petit reprimi & defendi pios.

VII.

Consolatio & promissio auxiliij.

LIBER

te omnes qui diligunt nomen tuum

Quoniam tu benedices iusto,  
DOMINE ut scuto bona uolun-  
tate tua coronas nos.

VI.

Ardens oratio pro remissione pec-  
catorum.

AD PRAECINENDVM IN  
octochordo, Psalmus David.

I.  
Propositio, ne perdas miserum pec-  
catorem. DOMINE, ne in furore tuo ar-  
guas me, neque in ira tua cor-  
ripias me.

Miserere mei DOMINE, quo-  
nia infirmus sum, Sana me DO-  
MINE, quoniam conturbata sunt  
ossa mea.

Psalmus.

I.  
Prima ratio quia es mi-  
sericors. Et anima mea turbata est ual-  
de, sed tu DOMINE quousque  
Reuertere DOMINE, & eri-  
pe animam meam, Saluum me fac  
propter misericordiam tuam.

II.  
Ratio, ut ce-  
lebreris. Quoniam non est in morte qui  
memor sit tui, in inferno autem  
quis gratias aget tibi?

III.  
Repetit ma-  
gnitudinem  
doloris. Laboravi in gemitu meo, laua-  
bo

bo per singulas noctes lectū meū,  
lachrymis meis seratum meum ri-  
gabo. Tabescit prę tristitia facies  
mea, & inueterauit dñi omnes tri-  
bulant me.

Discedite à me omnes qui opera  
mini iniquitatē, quoniam exaudi-  
uit DOMINVS uocē fletus mei.

Exaudiuit DOMINVS depre-  
cationem meam, DOMINVS or-  
rationem meam suscepit.

Erubescant & conturbentur  
uehementer omnes inimici mei,  
conuertantur & erubescant ual-  
de uelociter.

VII.

Oratio contra Sycophantes & ho-  
stes Ecclesię & piorum.

SIGAION, INNOCENTIA

Dauidis, quam cantauit Domino

propter uerba Chusi filij

Iemini.

DOMINE Deus meus in te spe-  
raui, saluum me fac ex omnibus

IIII.

Consolatio  
& gratiarū  
actio & si-  
mul exem-  
plū propo-  
situm, iua-  
ri et exau-  
diri pios.

I.

Propositio.  
peto libera-  
ri.



LIBER

17. **Rationes**  
**Quia periculum est prope.**  
 persequentibus me, & libera me.  
 Ne quando rapiant ut leo animam meam & lanient, dum non est qui eripiat.

18. **Quia sum innocens.**  
**DOMINE** Deus meus si feci istud, si est iniquitas in manibus meis.

**Inficiatio.**  
 Si reddidi malum, pacem habenti erga me, Si spoliaui inimicum meum sine causa.

**Concessio.**  
 Persequatur inimicus animam meam, & comprehendat & conculcet in terra vitam meam, et gloriam meam in pulverem deducat.

19. **Ratio, ut colligatur Ecclesia dispersa.**  
**EXurge** **DOMINE** in ira tua, & exaltare contra furores inimicorum meorum, & restitue mihi iudicium quod commendasti.

Vt synagoga populorum circumdet te, Et propter hanc in altum regredere.

**Iusticia bonae conscientiae.**  
**DOMINVS**, iudicat populos, iudica me **DOMINE** secundum iusticiam meam, & secundum innocentiam meam.

Confite

Consumatur quæso nequitia peccatorum, & dirige iustū, scrutans corda & renes Deus iustus.	Iere. 18. 1. Paralip. 28.
Adiutorium meum à Domino, qui saluos facit rectos corde.	111. Cōsolatio.
Deus iudex iustus, et Deus qui minatur per singulos dies.	1111. Cōminatio qua hortatur impios ad pœnitē tiam.
Nisi conuersi fueritis, gladium suum uibrabit, arcum suum tenebit & parauit illum.	a
Et sibi parauit tela mortis, sagittas suas & contra persequentes parauit.	Ad perden dum. Isaie 59. Hiob 15. Absalon.
Ecce parturit iniusticiam, concepit dolorem & pariet mendacium.	
Foueã fodit & effodit eam, & incidit in foueam quam fecit.	
Conuertetur labor eius in caput eius, & in uerticem ipsius iniustitas eius descendet.	V.
Confitebar DOMINO secundum iusticiam eius, & Psallã nomini DOMINI altissimi.	Gratiarum actio pro li beratione.

## LIBER

## VIII.

Gratiarum actio est, & uaticiniū de  
liberatione & gloria æternæ Ecclesiæ.

## AD PRÆCINENDVM

pro torcularibus, Psalmus Dauid.

I.

Propositio, **D**OMINE Dominus noster,  
Ago gratias quam admirabile est nomen tuū  
quod pate fecisti te ge in uniuersa terra, quæ dat laudē  
neri huma tuam supra coelos.

no.

Ex ore infantium & lactentium

II.

Descriptio **P**erfecisti robur propter inimicos  
Ecclesiæ. tuos, ut destruas inimicum & ul  
torem.

III.

Effectus re- **Q**uoniam uidebo coelos tuos,  
gni Dei ui- opera digitorum tuorum, Lunā  
dere coelos & stellas, quæ tu fundasti.  
æternos.

IIII.

Collatio **Q**uid est homo, quod memor  
presētis mi es eius? aut filius hominis, quod  
seriæ & fu uisitas eum?

turæ glorię. **S**iuisti eum paulisper indigere  
Ebræo. 2. Deo, Sed gloria & honore coro  
nabis eum.

V.

Descriptio **C**onstitues eum super opera  
glorię & manuum tuarum, Omnia subiec  
Domini; sti sub pedibus eius.  
Christi &  
Ecclesiæ.

Oues

Oues & boues uniuersos, in su 1. Cor. 15.  
per & pecora campi.

Volucres cœli & pisces maris, VI.  
& quæ perambulant semitas ma- Gratiarum  
ris. actio.

DOMINE Dominus noster,  
quam admirabile est nomen tuū  
in uniuersa terra.

IX.

Gratiarū actio pro deletis hostibus,  
& exemplū, Ecclesiā similiter liberari.

AD PRAECINENDVM, AL=  
muth Laben, pro speciosa inuentu=  
te, Psalmus David.

CONFITEBOR tibi DOMINE in I.  
toto corde meo, narrabo omnia Propositio.  
mirabilia tua. Gratias a-  
go tibi.

Lætabor & exultabo in te, psal-  
lam nomini tuo altissime.

Quod cōuertis inimicos meos II.  
retrosum, infirmabuntur & peri- Ratio pri-  
ma.  
bunt à facie tua.

Quoniā fecisti iudicium meū Secunda  
& causam meā. Sedisti super thro ratio.  
num, qui iudicas iusticiam.

In-

LIBER

Increpasti gentes & perdidisti  
impium, nomen eorum deleuisti  
in æternum, & in sæculum sæculi.

Inimici defecerunt frameæ in  
perpetuū, & ciuitates destruxisti,  
perijt memoria eorum cum ipsis.

III.  
Antithesis.  
hostes peri-  
re, Ecclesiã  
manere.

DOMINVS autem in æternū  
permanet, parauit ad iudicium  
thronum suum.

Et ipse iudicabit orbem terræ  
in iusticia, iudicabit populos in  
rectitudine.

IIII.  
Cōsolatio  
& promif-  
sio.

Et factus est DOMINVS re-  
fugium pauperi, refugium in op-  
portunitatibus in tribulatione.

v.  
Adhortatio  
ad fidem et  
spem.

Et sperabunt in te qui nouerūt  
nomen tuum: quoniam non dere-  
liquisti quærentes te DOMINE.

VI.  
Concludit  
per gratia-  
rum actio-  
nem.

Pfallite DOMINO qui habitat  
in Zyon, annunciate inter gētes  
studia eius.

Quoniam requirens sanguinē  
eorum, recordatus est, non est ob-  
litus clamorem pauperum.

VII.  
Precatio.

Miserere mei DOMINE, uide af-  
flictio-

fictionem meam de inimicis meis,  
 Qui exaltas me de portis mortis.

Propterea annuntiabo omnes  
 laudationes tuas in portis filiae  
 Zion, exultabo in salutari tuo.

VIII.  
 Cur petas  
 liberari.

IX.

Demersę sunt gentes in fouea  
 quam fecerunt, in laqueo illo quem  
 absconderunt comprehensus est  
 pes eorum.

Promissio.

X.

a (meditati  
 one) scilicet  
 uerbi,  
 non ut aut  
 gladio,

Cognoscetur DOMINVS iu-  
 dicia faciens, in operibus manu-  
 suarum comprehensus est impius,  
 meditatione, Sela.

Conuertatur impij in infernum,  
 omnes gentes quę obliuiscuntur  
 Deum.

XI.

Comina-  
 tio.

Quoniam non in perpetuum  
 obliuio erit pauperis, spes paupe-  
 rum non peribit in æternum.

Exurge DOMINE, non con-  
 fortetur homo, iudicentur gentes  
 in conspectu tuo.

XII.

Precatio.

Constituę DOMINE legisla-  
 torem super eos, ut sciant gentes  
 quoniam homines sunt, Sela.

X.



Argu. Est petitio defensionis aduersus tyranos, Epicureos & hypocritas, & eorum socios, qui conantur delere Ecclesiam Dei, & uera Ecclesie membra, & non solum manifesta ui grassantur, sed etiã astutissime insidiantur eis & uarias fraudes serunt, ut Saul ui & dolis Dauidem oppugnabat.

**I.**  
Querela. **VT** quid **DOMINE** recessisti longe, occultas te in tempore tribulationis?

**II.**  
Hipotyposis tyrannorum. Cũ superbit impius, persecutio nem patitur pauper, conglutinantur in consilijs quæ cogitant.

Arrogans.  
Auarus.  
Blasphemus. Quoniam gloriatur impius in desiderijs animæ suæ, & auarus benedicens sibi, blasphemat **DOMINUM**.

Superbus.  
Impius. Impius præ superbia iræ suæ non quæret, nõ est Deus sunt omnes cogitationes eius.

Scelestus.  
Confidens. Inquinatæ sunt uix illius in omni tempore, Auferuntur iudicia tua à facie eius, contra omnes inimicos suos inflatus est.

Securus. Dixit enim in corde suo, nõ mouebor à generatione in generationem

tionem, quoniam ero sine malo. Falsa do-

Cuius os maledictione plenū gmata spar  
est, & amaritudine & dolo, sub gens. Ro. 3.  
lingua eius labor & dolor.

Sedet in insidijs atriorū in ocul Crudelis.  
tis ut interficiat innocentem. O-

culi eius in pauperē intenti sunt. Insidiator.

Insidiatur in abscondito, quasi  
Leo in spelunca, Insidiatur ut ra-

piat pauperem, rapiet pauperem,  
dum attrahit eum laqueo suo.

Et cōteret, inclinabit & proster-

net in fortitudine sua pauperes.

Dixit enim in corde suo: obli-

tus est Deus, abscondit faciē suā,  
non uidebit in aeternum.

EXurge D O M I N E Deus, &  
exaltetur manus tua, ne obliuiscā

ris pauperum.

Propter quid irritauit impius  
D E V M: Dixit enim in corde suo

non requires.

Vides quoniam, tu laborem et  
dolorē cōsideras, ut tradas eos in  
manus tuas, Tibi derelictus est

III.

Petitio de-  
fensionis.

Ratio peti-  
tionis, ut  
tu tuā glo-  
riā asseras.

IIII.

Promissio  
liberatio-  
nis.

LIBER

pauper, orphano tu eris adiutor.

Contere brachiū impij & maligni quæretur impietas illius & non inuenietur.

v.  
Repetitio  
promissio-  
nis.

DOMINVS regnabit in æternum, & in seculum seculi, peribūt gentes de terra illius.

Desiderium pauperum exaudisti: DOMINE, confirmasti cor eorum quod attendat auris tua.

Vt iudices pupillo & oppresso, ut non opponat ultra magnificare se homo super terram.

XI.

Cōsolatio cōtra furores aduersariorū.

AD PRÆCINENDVM

*Psalms David.*

I.  
Exordium  
quo exemplum fidei proponit.

II.  
Querela  
qua enuntiantur iniuriae hostiū

Corruperunt uerā doctrinā.

IN DOMINO confido, quomodo dicitis animæ meæ, Transmigrā in montem sicut passer?

Quoniam ecce impij intendunt arcum, parauerunt sagittas suas super neruū, ut sagittent in obscuro rectos corde.

Quoniam fundamenta destruxerunt, iustus quid faceret?

DOMI

DOMINVS in templo sancto suo, DOMINVS in caelo sedes eius, Oculi eius aspiciunt, palpebrae eius probabunt filios hominum.

III.  
Antithesis.  
Attamen  
Domino iuuantur pij.

DOMINVS iustum probat, & impium, & diligentem iniquitatem odit anima ipsius.

Pluet super impios fulgura, ignem, & sulphur, et spiritus procellarum pars calicis eorum.

IIII.  
Minatur  
poenam impijs.  
Promissio.

Quoniam iustus DOMINVS & iusticias dilexit, quia aequitate uiderunt uultus eorum.

XII.

Querela est de corruptelis doctrinae & precatio ut Deus restituat doctrinae puritatem repressis impostoribus.

AD PRAECINENDVM, SVPER OCTOCHORDO, Psalmus David.

SALUUM me fac DOMINE, quoniam defecit sanctus, quoniam diminuti sunt fideles inter filios hominum.

I.  
Propositio.  
respice Ecclesiam.  
II.  
Ratio prima.

Vana loquuti sunt unusquisque ad

LIBER

Ratio secū proximum suum, labio adulatione  
da, quia nū ex corde et corde loquuti sūt.  
corrumpūt Disperdat DOMINVS, uniuersa  
doctrinam. sa labia adulationū, & linguā ma  
Imprecatio gniloquam.

Qui dixerunt, linguā nostrā ma  
gnificabimus, labia nostra à no  
bis sūt, quis noster dominus est?

III. Propter miseriam inopū & ge  
mitum pauperum, nunc exurgā,  
Promissio de cōserua dicit DOMINVS, Ponam salu  
tione uerbi tare, fiducialiter loquetur ei.

Encomiū Eloquia DOMINI eloquia mū  
uerbi Dei. da, argentum igne examinatum  
in uase testaceo, purgatū septies.

IIII. Tu DOMINE seruabis eos,  
Promissio de pijs do- & custodies nos à generatione  
ctoribus ser hac in æternum.  
uandis. Vndiq; impj ambulāt, cū exaltā  
tur tam uiles, inter filios hominū.

XIII.

Precatio pro liberatione.

AD PRÆCINENDVM

*Psalms David.*

I.  
Orditur à  
tristi quere  
la: differri  
auxilium.

VSquequo DOMINE obliu  
sceris



sceris mei in perpetuum: Usque  
quo abscondis faciem tuam à me:

Quam diu ponam consilia in  
anima mea, dolorē in corde meo  
per diem: Usquequo exaltabitur  
inimicus meus super me:

Respice & exaudi me DOMI-  
NE Deus meus, Illumina oculos  
meos ne obdormiam in morte.

Ne dicat inimicus meus, præ-  
ualui: Qui tribulāt me, exultabūt  
si motus fuero.

Ego autē in misericordia tua  
speraui, Exaltabit cor meum in sa-  
lutari tuo, cantabo DOMINO  
quoniam bona tribuit mihi.

XIIII.

Concio pœnitentiæ, Arguit omnes peccati, & nō  
agnoſcentibus naturæ prauitatem, denunciatur pœ-  
nas. Pios uerò petentes remissionem consolatur.

AD PRÆCINENDVM

*Psalmus David.*

Dixit insipiens in corde suo, nō  
est Deus, Corrupti sunt &

B iij

II.

Precatio ut  
reddatur  
uita & læti-  
tia.

III.

Ratio ut  
glorificeris,  
nō inimici.

IIII.

Cōsolatio.  
Gratiarum  
actio.

I.

Narratio  
impietatis  
& corrup-  
tionis hu-  
manæ natu-  
ræ.



LIBER

Infra 53.

abominabiles facti sunt in studiis  
suis, non est qui faciat bonum.

DOMINVS de cœlo prospexit  
super filios hominum, ut uideat,  
an sit intelligens aut requirens  
Deum.

Rom. 3.

Omnes declinauerunt, simul  
inutiles facti sunt, non est qui faciat  
bonum, ne unus quidem.

Discernit  
impios ab  
Ecclesia  
Dei.

III.  
Consolatio  
Deum ad se  
pe pijs.

NONNE cognoscēt omnes qui  
operantur iniquitatem, qui deuorant  
plebem meam, deuorant sicut  
panem, DOMINVM nō inuocauerunt.

Illic trepidauerunt timore, Sed  
DOMINVS in generatione iustorum  
est.

Altera  
solatio.

III.  
Prophetia  
de uenturo  
Messia & æterno  
eius regno.

Consilium inopis confudistis,  
Sed DOMINVS spes eius est.

QVIS dabit ex Zion salutare  
ex Israel, Cum auerterit DOMINVS  
captiuitatem plebis suæ, exultabit  
Iacob & lætabitur Israel.

Docet

## XV.

Docet Psalmus quæ opera placeant Deo, & qui sint uera & uiua membra Ecclesiæ Dei.

## P S A L M V S D A U I D .

**D**OMINE quis habitabit in tabernaculo tuo, Aut quis requiescet in monte sancto tuo?

I.  
Narratio.  
Opera primæ tabulæ.

Qui ingreditur sine macula, & operatur iusticiam, Et loquitur ueritatem in corde suo.

I.  
Fides.  
II.

Qui non egit dolum in lingua sua. Nec fecit proximo suo malum & conuicium non fecit proximo suo.

Verus cultus.  
III.

In cuius conspectu malignus contemptus est, timentes autem DOMINUM glorificat, Qui iurat proximo & non decipit.

Vera doctrina.  
IIII.

Qui pecuniam suam non dedit ad usuram, & munera super innocentem non accepit, Qui facit hæc non mouebitur in æternum.

Opera secundæ tabulæ.

Conclusio.

## XVI.

Prophetia de passione & resurrectione Christi.

M I C H T A M , A V R E V M

Davidis.

LIBER

I.  
Petitio.

CONFERUA ME DOMINE, quoniam speravi in te, Dixi DOMINE, Deus meus es tu, propter te non est mihi bene:

II.  
Querela adfligor, sed pro sanctis quos diligo.

Sanctis qui sunt in terra, & admirabilibus, omnis uoluptas mea in eis.

III.  
Antithesis, qui me non sequuntur, horum cul tuis damno, & pro eis non oro.

Sed multiplicantur dolores eorum qui ad alium accelerauerunt, Non libabo libamina eorum de sanguine, nec assumam nomen eorum per labia mea.

IIII.  
Fructus passionis Christi frui cum Christo æterna gloria.

DOMINVS pars hereditatis meę & calicis mei, tu es qui sustentas hereditatem meam.

V.  
Prophetia de resurrectione Christi.

Funes ceciderunt mihi in amoenis, etenim hereditas preclara est mihi.

Act. 2.  
(Lingua) in

Benedicam DOMINVM, qui consuluit mihi, in super & nocte increpauerunt me renes mei.

Posui DOMINVM in conspectu meo semper, quoniam a dextris est mihi, ne commouear.

Propter hoc latatum est cor meum,

meum et exultauit lingua mea, in Heb. gloria,  
 sup et caro mea requiescit in spe. lingua enī

Quoniā non derelinques ani- glorifica-  
 mam meam in inferno, nec dabis tur Deus.

V I.

sanctum tuum uidere corruptio- Repetitur  
 nem. fructus pas-

Notas mihi fecisti uias uitæ, ad- sionis Chri-

implens læticia uultum tuum, de- sti, frui æter-

lectationes in dextera tua in per- na lætitia et

petuum. conspectu  
 Dei.

XVII.

Orat ne aberret à uera doctrina, & ut defendat-  
 tur contra Tyrānos & impios Doctores, qui delere  
 ueram doctrinam conantur & stabiliunt errores,  
 quibus extinguitur uera Dei noticia.

ORATIO DAUIDIS.

I.

EXaudi DOMINE iustitiam, Precatio,  
 intende deprecationi meæ, au- exaudi tu-  
 ribus percipe orationem meam, am iustam  
 non in labijs dolosis. causam, cō-  
 serua mein  
 puritate  
 doctrinæ.

De uultu tuo iudiciū meū pro-  
 deat, oculi tui uideant æquitatē.

Probasti cor meum & uisita-  
 sti nocte, igne me examinasti, &  
 nō est inuēta (in me iniquitas) Sta

a Quia doctrinae puritatem retineo ideo custodis me ab operibus hominum doctrinam corrumpentiū, qui ut latrones grassantur.

11.  
Altera precatio, ut Ecclesia defendatur contra Tyrannos & impios doctores.

tui ut non transgrediatur os meū.

Ab operibus hominum, in uerbo labiorum tuorum ego obseruaui uias latronis, & id est.

Sustēta gressus meos in semitis tuis, ut nō moueātur uestigia mea.

Ego clamaui ad te, quoniam exaudies me Deus. Inclina aurē tuam mihi, & exaudi uerba mea.

Mirifica misericordias tuas, qui saluos facis sperantes in te, & resistentibus dexteræ tuæ.

Custodi me ut pupillam oculi, Sub umbra alarū tuarum protege me.

A facie impiorum qui me afflixerunt, et inimicorum meorū qui animam meā circumdederūt.

Pingues eorum concluderunt, os eorum locutum est superbiā.

In gressibus nostris nūc circumdederunt me, oculos suos statuerūt ut prosternant nos in terram.

Sicut leo paratus ad prædam, & sicut catulus leonis habitans in abditiis.

EXUR.



EXurge DOMINE, præueni eum & humilia eum, eripe animam meam ab impio, framea tua.

Repetitur precatio.

Hebræ. 10.

Horrendum

est incidere in manum Dei.

Antithesis, impij præ-

sentia, Ecclesia æter-

na bona

quærit &

expectat.

Côsolatio

et promissio.

fio.

Ab uiris manus tuæ DOMINE à uiris huius seculi, portio eorum in uita, & thesauris tuis implebis uentrem eorum, saturabuntur filijs, & reliquias suas relinquent liberis suis.

Ego autem in iusticia uidebo faciem tuam, Satiabor cum uigila uero ad similitudinem tuam.

## XVIII.

Gratiarum actio pro liberatione, David uero gerit typum passionis & uictoriæ Christi, qui liberatus ex morte constituitur caput gentium, id est, Ecclesiæ.

AD PRÆCINENDVM 2.Reg. 22.

*Psalmus Davidis serui Domini, qui locutus est Domino uerba cantici huius in die, qua eripuit eum Dominus de manu omnium inimicorum eius*

*et de manu Saul, et dixit.*

1.

Diligam te DOMINE fortitudo mea.

Propositio Gratiarum actionis.



## LIBER

DOMINVS rupes mea & propugnaculū meum, & liberator meus, Deus meus, petra mea, & sperabo in eum.

† Scutum. Protector meus & cornu salutis meae, † & refugium meum.

II.  
Narratio  
qui fuerint  
dolores  
f(iniquita-  
tis) Belial in  
Hebræo. II.  
Laudans inuocabo DOMINVM, & ab inimicis meis saluus ero.

Circumdederunt me dolores mortis, & torrētes iniquitatis cōturbauerunt me.

Dolores inferni circumdederūt me, præoccupauerunt me laquei mortis.

III.  
Consolatio  
& exēplum  
exaudiri &  
iuuari pios. III.  
In tribulatione mea inuocaui DOMINVM, & ad Deū meum clamaui, Et exaudiuit de templo suo uocē meā, et clamor meus in conspectu eius introiuit in aures eius.

IIII.  
Hipotypos  
is horribi-  
lis tēpesta-  
tis, et allu-  
dit ad tēpe-  
COMmota est et cōtremuit terra, et fundamēta montiū conturbata sunt, & commota sunt, quoniam iratus est eis.

Ascen.

Ascendit fumus in ira eius, & statē in mō ignis à facie eius exarsit, carbo-  
 nes succensi sunt ab eo. tesinai, cui comparat sua pericula.

Inclinavit cœlos & descendit, & caligo sub pedibus eius.

Et uehebatur super Cherubim et uolauit, super pennas uentorum.

Et posuit tenebras latibulum suum, in circuitu tabernaculi sui, tenebrosam aquam de-  
 fas nubes.

De fulgore in conspectu eius nubes eius transferunt, grando, & carbones ignis.

Et introiuit de cœlo DOMINVS, & altissimus dedit uocem suam, grando & carbones ignis.

Et misit sagittas suas, & dissipauit eos, fulgura multiplicauit, & conturbauit eos.

Et apparuerunt fontes aquarum, & reuelata sunt fundamēta orbis terrarum, Ab increpatione tua DOMINE, à flatu spiritus iræ tuæ.

Misit de summo & accepit me, & assumpsit me de aquis multis.

Eripuit me de inimicis meis

v.  
 Hactenus pericula & afflictiones, nunc liberationes

LIBER

Davidis,  
Christi &  
Ecclesiae  
describit.

fortissimis, & ab ijs q̄ oderūt me,  
quoniā confortati sunt super me.

Præuenerūt me in die afflictio  
nis meæ, & factus est D O M I N U S  
protector meus.

Et eduxit me in latitudinē, sal  
uum me fecit, quoniam compla  
citur ei in me.

Iusticia bo  
næ consciē  
tiæ. Et retribuet mihi D O M I N U S  
secundum iusticiam meam, & se  
cundum puritatem manuum mear  
um retribuet mihi.

Subiicit ra  
tiones cur  
sit libera  
tus. Quia custodiui uias D O M I N I,  
nec impie gessi à Deo meo.

Quoniam omnia iudicia eius  
in cōspectu meo, & iusticias eius  
non repuli à me.

I.  
II.  
III.  
VII.  
Promissio. Et ero immaculatus cum eo, &  
custodiam me ab iniquitate mea.

Et retribuet mihi D O M I N U S  
secundum iusticiam meam, & se  
cundum puritatem manuum mear  
um in conspectu oculorum eius.

VIII.  
Repetitur Cum sancto sanctus eris, &  
cum uiro inōcente innocens eris.

Et

Et cum electo electus eris, & rationes liberationis, quia Deus est sanctus

cum peruerso peruersus eris. Ergo innocentes liberat, & contumaces punit.

Quoniam tu populum humilem saluū facies, & oculos superbiorum humiliabis.

Quoniam tu illuminas lucernā meam **DOMINVS** Deus meus, illumina tenebras meas.

**Q**UONIAM in te perumpam turmam hostium, & in Deo meo transgrediar murum.

Dei uia impolluta, eloquia **DOMINI** igni examinata, protector est omnium sperantium in se.

Quoniā quis Deus, præter **DOMINVM** aut quis fortis, præter Deum nostrum?

Deus præcinxit me uirtute, & posuit immaculatam uiam meam.

Qui perfecit pedes meos tanquam ceruorum, & super excelsa mea statuens me.

Qui docet manus meas ad præliū, & brachia mea ut arcum æreum confringam.

**ET** dedisti mihi scutum salutis tuæ, & dextera tua sustentat me, Et afflictione tua magnificas me.

LIBER

Dilatasti gressus meos subtus me, Et non sunt infirmata uestigia mea.

Persequar inimicos meos, & comprehendam illos, & non conuerrar donec deleuero eos.

Confringam illos, nec poterunt stare, cadent subtus pedes meos.

Et præciuxisti me uirtute ad bellū, & supplantasti insurgentes in me subtus me.

x. Et inimicorum meorum dorsum dedisti mihi, & odientes me disperdidisti.

Clamauerunt, nec erat qui saluos faceret, ad DOMINVM, nec exaudiuit eos.

Et comminuam eos ut puluerem ante faciem uenti, ut lutum platearum delebo eos.

xi. ERIPIES me de contradictionibus populi, cōstitues me in caput gentium, Populus quem non noui, seruiet mihi.

Aure audiente obtemperant mihi, Filij alieni mētiti sunt mihi, Filij alieni inueterati sunt, &

Antithesis,  
Ecclesia ex  
auditur, in  
pij abiiciū  
tur.

Prophetia.  
Christus ca  
put Eccle-  
siæ.  
Vocatio  
gentium.  
Synagoga.



trepidauerunt in uinculis suis.

Vit DOMINVS, & benedi-  
ctus fortis Deus meus, & exalte-  
tur Deus salutis meæ.

Deus qui dat uindictas mihi  
& subdit populos sub me.

Liberator meus de inimicis  
meis, Et ab insurgentibus in me  
exaltabis me, à uiro iniquo eri-  
pies me.

Propterea confitebor tibi in-  
ter gentes DOMINE & nomini Rom. 15.  
tuo psalmum dicam.

Magnificans salutes regis eius,  
& faciens misericordiam Chri-  
sto suo Dauid & semini eius usq;  
in seculum.

XIX.

Prophetia de Euangelio propagando per totum  
terrarum orbem, de aduentu Christi, & gloriosis eius  
uictoriis, de efficacia uerbi, quo Deus patet & col-  
ligitur æterna Ecclesia.

AD PRAECINENDVM,

Psalmus Dauid.

Cœli enarrat gloriam Dei, & Euangelium

XII.

Concludit  
per gratia-  
rum actio-  
nem.

I.

Prophetia  
Euangelium



LIBER

Spargetur  
per totum  
terrarum  
orbem.

& opera manuum eius annuntiat firmamentum.

Dies diei eructat uerbum, & nox nocti indicat scientiam.

Non sunt loquelæ neq; sermones quorū non audiantur uoces.

a  
Regula, uel  
amulsis.  
Rom. 10.

In omnē terrā exiuit a sonus eorū, et in fines orbis terræ uerba eorū, Soli posuit tabernaculū in eis.

Et ipse tanquam sponsus procedēs de thalamo suo, Exultauit ut gigas ad currendam uiam.

II.  
De aduētū  
Christi cui  
in Ecclesia  
ponitur te-  
porium ut  
soli in cœ-  
lo.

Ab extremo cœlorum egressio eius, Et recursus eius usq; ad extremitates eorum, nec est qui se abscondat à calore eius.

III.  
De effica-  
cia uerbi et  
de ministe-  
rio Euange-  
lij.

LEX DOMINI immaculata re-creans animas, testimonium DOMINI fidele, sapientiam præstās paruulīs.

Mandata DOMINI recta, lætificantiā cor, præceptum DOMINI lucidum, illuminans oculos.

Timor DOMINI purus, permanens in seculū seculi, Iudicia DO-

MINI

MINI uera, iustificata simul.

Desiderabilia super aurum & super obrisum multum, & dulciora super mel & fauum.

Etiā seruus tuus admonetur per ea in custodiēdis illis retributio multa.

DElecta b quis intelligit? Ab occultis meis munda me.

Et ab contumacibus custodi seruum tuū, ne dominantur mihi, tunc immaculatus ero, & emundabor à delicto maximo.

Et erūt ut cōplaceant eloquia oris mei, & meditatio cordis mei in conspectu tuo, DOMINE adiutor meus, & redemptor meus.

XX.

Oratio pro magistratu & politico statu, quæ docet successus in imperijs, foelicia consilia, salutarem gubernationem, & uictorias, Dei opera & beneficia esse, Et uere iuari à Deo principes inuocātes ipsū.

AD PRAECINENDVM

*Psalmus David.*

EXaudiat te DOMINVS in die

IIII.

Discrimen piorum & impiorum.

b Errores. v.

Discrimen peccatorū.

VI.

Petit regi à Spiritu sancto, ut recte doceat.

v.

Petit descende

die

di & regi  
Magistra-  
tus.

die tribularionis, protegat te no-  
men Dei Iacob.

MITtat tibi auxilium de san-  
cto, & de Zion tueatur te.

Memor sit omnis sacrificij tuus,  
& holocaustum tuum pingue fiat,  
Sela.

Tribuat tibi secundum cor tuum,  
& omne consilium tuum impleat.

LAETabimur in salutari tuo,  
& in nomine Dei nostri trium-  
phabimus: Impleat DOMINVS  
omnes petitiones tuas.

Nunc cognoui, quoniam sal-  
uum fecit DOMINVS Christum  
suum, Exaudiet illum de caelo sancto  
suo, dextera eius saluat potenter.

II.

Taxatur fi-  
ducia hu-  
manae pote-  
statis, & pra-  
cipitur fidu-  
cia & inuo-  
catio Dei.  
Comissio.

HI in curribus & hi in equis,  
nos autem in nomine DOMINI  
Dei nostri inuocabimus.

Ipsi prostrati sunt & cecide-  
runt, nos autem surreximus et ere-  
cti sumus.

DOMINE serua, Rex exau-  
diat nos in die qua inuocaueri-  
mus eum.

## XXI.

Fiuisdem argumenti, Testatur Dei beneficium esse Regis gubernationem & defensionem, loquitur autem in primis de Christo & eius regno.

AD PRAECINENDVM,

*Psalmus David.*

**DOMINE**, in uirtute tua lætatur Rex, & in salutari tuo exultabit uehementer. I.  
Narratio.

Desideriū cordis eius tribuisti ei, & petitionem labiorū eius non negasti ei, Sela.

Quoniam præuenisti eum in benedictionibus bonis, posuisti in caput eius coronam auream.

Vitam petijt à te, & tribuisti ei lōgitudinem dierum in seculum, & in seculum seculi.

Magna est gloria eius in salutari tuo, gloriam & magnum decorem impones super eum. II.  
Prophetia  
de Christo.

Quoniam pones eum in benedictionem sempiternam, lætificabis eum gaudio uultus tui. Gen. 22.  
III.

Quoniā rex sperat in **DOMINO**, Hortatur  
reges ad fi-

LIBER

dem & in- NO, Et in misericordia altissimi  
uocationē. non commouebitur.

IIII. Inueniet manus tua omnes ini-  
Commina- micos tuos, dextera tua inueniet  
tio aduer- qui te oderunt.  
sus hostes  
regis.

Pones eum in clibanum ignis  
in tempore iræ tuæ, DOMINVS  
in furore suo deglutiet eos, & de-  
uorabit eos ignis.

Fructum eorū de terra perdes,  
& semen eorum à filiis hominū.

v. Quoniam declinauerunt in te  
Causa cur mala, cogitauerunt consilia quæ  
Deus opem non potuerunt perficere.  
ferat.

i. Quoniam pones eos in hume-  
Cur peten- rum, & neruum tuam tendes con-  
da defētio, tra uultus eorum.  
ut per nos  
celebretur  
Deus.

Exaltare DOMINE in fortitu-  
dine tua, cātabimus & pfallemus  
potentiam tuam.

XXII.

Prophetia de passione, morte & re-  
surrectione Christi, & eius regno.

AD PRÆCINENDVM DE  
cerua matutina, Psalmus

David, Deus



DEUS meus, Deus meus, quare me dereliquisti: Longe à salu te mea abes, & à uerbis rugitus mei.

I.  
Orditur à  
tristi que-  
rela.

Matth. 27.  
Mar. 15.

Deus meus clamabo per diem, & non respondes, & etiam nocte non fileo.

Tu autem sanctus, habitās in laudibus Israel.

II.  
Correctio  
& consolatio.

In te sperauerūt patres nostri, sperauerunt, & liberaſti eos.

III.  
Collatio,  
qua auge-  
tur dolor.

Ad te clamauerunt, & salui facti sunt, in te sperauerunt, & non sunt confusi.

Ego autem sum uermis, & nō homo, opprobrium hominum & abiectio plebis.

IIII.  
Narratio  
ærumnarū,  
a

OMnes uidentes me, deriserūt me, aperuerunt labia, & mouerūt caput.

Deuoluat  
Heb.  
Blasphemias  
uoces.

Cōqueratur DOMINO, eripiatur eum, saluum faciat eum, quoniam beneplacitum est ei in eo.

V.  
Exuscitat  
fidem cogi.

Quoniam tu es qui extraxisti me de uentre, spes mea ab uberibus matris mee.

In



LIBER

tatione pri  
orum bene  
ficiorū con  
tra blasphe  
mias.  
Precatio.

In te proiectus sum ex utero,  
De ventre matris meae, Deus me  
us es tu.

Congeries  
miseriarum  
& afflictio-  
num.

Ne discefferis à me, Quoniam  
tribulatio proxima est, quoniam  
non est qui adiuuet.

Circumdederūt me boues mul  
ti, tauri pingues obsederunt me.  
Aperuerunt super me os suū,  
sicut leo rapiens & rugiens.

Sicut aqua effusus sum, & di  
spersa sunt omnia ossa mea, Factū  
est cor meum tanquam cæra li  
quescens, in medio uentris mei.

Aruit tanquā testa uirtus mea,  
& lingua mea adhæsit faucibus  
meis, & in puluerē mortis dedu  
xisti me.

Quoniam circumdederūt me  
canes, concilium malignantium  
obsedit me. Foderūt manus meas  
& pedes meos.

Dinumerauerim omnia ossa  
mea, ipsi uero considerauerūt &  
inspexerunt me.

Diui

Diuiserūt sibi uestimēta mea, Ioan. 19  
& super uestem meam miserunt  
sortem.

Tu autem DOMINE ne elon-  
geris fortitudo mea, ad defensio-  
nem meam festina.

V. I.  
Precatio  
qua petit li-  
berationē.

Erue à framea animam meā,  
& de manu canis unicam meam.

Salua me ex ore leonis, & à cor-  
nibus unicornium humilitatem  
meam.

NARRabo nomen tuum fratri-  
bus meis, in medio Ecclesie lauda-  
bo te.

VII.  
Gratiarum  
actio.

Qui timetis DOMINVM lau-  
date eum, uniuersum semē Iacob  
glorificate eum, Timeat eum om-  
ne semen Israel.

Ioan. 20.  
Apostro-  
phe ad totā  
Ecclesiam.  
Ratio.

Quoniam non spreuit, neque  
despexit afflictionem pauperis,  
Nec auertit faciem suam ab eo, &  
cum clamaret ad eum, exaudiuit.

VIII.  
Prophetia  
de propa-  
gatione E-  
uangelij.

DE te laus mea in Ecclesia ma-  
gna, Vota mea reddam in cōspe-  
ctu timentium eum.

LIBER

Heb. 2.

ix.

Effectus  
Euangelij  
uita eterna.

x.

Deuocatio  
negentiū.

xi.

De regno  
Christi.

xii.

Ecclesia col-  
lecta ex di-  
uitibus &  
pauperi-  
bus.

xiii.

Doctrina  
Ecclesiae e-  
rit de Dei  
non homi-  
num iusti-  
cia.

Esa. 40.

Iere. 23.

Ezech. 24.

Ioan. 10.

1. Pet. 2.

Edent pauperes & saturabun-  
tur, & laudabunt DOMINVM  
qui requirunt eum, uiuet cor eo-  
rum in seculum seculi.

Reminiscentur & conuertentur  
ad DOMINVM uniuersa fra-  
nes terræ, & adorabunt in cōspe-  
ctu eius uniuersæ familiæ gentiū.

Quoniā DOMINI est regnū,  
& ipse dominabitur gentium.

Manducabunt & adorabunt  
omnes pingues terræ in cōspectu  
eius, omnes qui iacēt in puluere,  
& miseram uitam uiuunt.

Et semen eius seruiet ipsi, de  
DOMINO annunciabitur de ge-  
neratione in generationem.

Venient, & annunciabunt ius-  
ticiā eius, populo qui nascetur,  
quoniam fecit.

XXIII.

Gratiarum actio pro nutritione, de-  
fensione & gubernatione.

PSALMVS DAVID.

DOMI-

**D**OMINVS pastor meus, nihil mihi deerit.

In loco pascuæ me collocauit, Super aquam refectionis deduxit me.

Animam meam recreauit, Deduxit me super semitas iusticiæ propter nomen suum.

Nã et si ambulauero in ualle umbræ mortis, nõ timebo mala, quoniam tu mecũ es, Virga tua & baculus tuus, ipsa me consolata sunt.

Paraſti in cõſpectu meo mēſam, Aduerſus eos qui tribulant me.

Impinguasti oleo caput meũ, & calix meus inebrians est.

Et bonitas & misericordia subsequetur me, omnibus diebus uitæ meæ, Et habitabo in domo

**DOMINI**, in longitudine dierũ.

X XIII.

Prophetia de Ecclesia Dei colligenda per totum terrarum orbem, & est interpretatio promissionis traditæ Abrahamæ. In fine hortatur principes, ne sint hostes, sed hospites & nutricij Ecclesię.

I.

Narratio.

Pascit.

Recreat.

II.

Docet.

Causa im-

pulsiva, be-

nefac ne ab

impijs blas-

phemeris.

Defendit.

III.

Repetitur

idem alia fi-

gura.

IIII.

Consolatio

& promissio.

V.

Causa fina-

lis, defende

me ut ser-

uiam Eccle-

się.

LIBER  
PSALMVS DAVID.

**I.**  
Christus est caput Ecclesie passim collectæ per totum terrarum orbem.  
**DOMINI** est terra & plenitudo eius, orbis terrarum & qui habitant in eo.

**II.**  
Vbi Ecclesia & qualis populus.  
Quia ipse super maria fundavit eum, & super flumina præparavit eum.

**III.**  
Quæ bona à Christo habeat Ecclesia.  
Quis ascendet in montem **DOMINI**? Aut quis stabit in loco sancto eius?  
Innocens manibus & mundo corde, qui non accepit in vano animam suam, nec iuravit in dolo.

**IIII.**  
Definitio Ecclesie.  
Hic accipiet benedictionem à **DOMINO**, & iusticiam à Deo salutis suæ.

**V.**  
Adhortatio ad principes, ut patefaciant imperia Christo & Evangelio.  
Hæc est generatio quærentium eum, quærentium faciem tuam **Iacob, Sela**.

Attollite portæ capita uestra, & eleuamini portæ æternales, & introibit Rex gloriæ.

Quis est iste rex gloriæ? **DOMINVS** fortis & potens, **DOMINVS** potens in prælio.

Attol



Attollite portæ capita uestra  
& eleuamini portæ æternales, &  
introsibit Rex gloriæ.

Quis est iste Rex gloriæ? DO-  
MINVS exercituum ipse est rex  
gloriæ, Sela.

## XXV.

Precatio pro remissione peccato-  
rum.

## PSALMVS DAVID.

**N** AD te DOMINE leuaui ani-  
mam meam.

**D**eus meus in te confido, non  
erubescam, Ne exultent inimici  
mei super me.

**E**tenim uniuersi qui expectat  
te non confundentur, Cōfunden-  
tur præuaricantes sine causa.

**V**ias tuas DOMINE demon-  
stra mihi, & semitas tuas edoce  
me.

**D**irige me in ueritate tua, &  
doce me, quia tu es Deus Salua-  
tor meus, in te speraui tota die.

D iij

VI.

Interroga-  
tio, ostēdit  
quosdam  
principes  
fore hostes  
Christi &  
Euangelij.

I.

Exordium  
quo docet  
fidē in om-  
ni inuoca-  
tione esse  
necessariā.

Promissio.

II.

Precatio,  
rege me uer-  
bo & Spiri-  
tu sancto  
tuo.

III.

Rationes.

I.

II.



LIBER

III. ¶ Reminiscere miserationū tuarum DOMINE, & misericordiarum tuarum, quoniam à seculo sunt.

Quia promisiſti.   
 IIII. ¶ DELICTA iuuentutis meæ & transgressiones meas, ne memineris, Secundum misericordiam tuam memento mei tu, propter bonitatem tuam DOMINE.

Petit remitti peccata, originale & actualia, & quidē propter solam misericordiam. ¶ Bonus & erectus DOMINVS, propterea docebit peccatores in uia.

V. ¶ Diriget afflictos in iudicio, docebit afflictos uias suas.

¶ Consolatio & promissio. ¶ Vniuersæ uix DOMINI misericordia & ueritas custodientibus testamentum eius, et testimonia eius.

VI. ¶ Vbi? nempe in sola Ecclesia remittuntur peccata. ¶ Propter nomen tuum DOMINE propiciaberis peccato meo, multum est enim.

VII. ¶ Cur remittantur? non propter nostra merita. ¶ Quis est homo qui timet DOMINVM? docebit eū in uia quā elegit.

3 Anima eius in bonis demoratur, & semen eius hereditabit terram.

VIII.  
Quibus? timen-  
tibus  
Dominum.

Q k Secretum DOMINI timen-  
tibus eum, & testamentum suum  
manifestabit illis.

IX.  
Commoda  
presentis  
& aeternae  
vitae.

k Secretum, praesentia & auxiliū Dei.

Y Oculi mei semper ad DOMI-  
NUM, quoniam ipse euellet de la-  
queo pedes meos.

X.  
Repetitur.  
Oratio pro  
defensione,  
guberna-  
tione & re-  
missione  
peccatorū.

E Respice in me & miserere mei,  
quia unicus & pauper sum ego.

U Tribulationes cordis mei mul-  
tiplicatae sunt, de necessitatibus  
meis erue me.

O Vide afflictionem meam & la-  
borem meum, & dimitte uniuersa  
delicta mea.

7 Respice inimicos meos, quoni-  
am multiplicati sunt, & odio ini-  
quo oderunt me.

U Custodi animā meam & e-  
rue me, non erubescam, quoniam  
speraui in te.

LIBER

**XI.**  
 Vniuersalis  
 promissio  
 de totius  
 Ecclesie li-  
 beratione.

**¶** Integritas & rectum custodi-  
 ent me, quia speraui in te.

**¶** Libera Deus Israellem ex om-  
 nibus tribulationibus suis.

XXVI.

Precatio qua petitur defensio con-  
 tra hostes Ecclesie & Euangelij.

PSALMVS DAVID.

**I.**  
 Propositio,  
 defende me  
 tuo iudi-  
 cio.

**I**udica me **DOMINE**, quonia  
 ego in innocetia mea ingressus  
 sum, & in **DOMINO** sperans  
 non infirmabor.

Proba me **DOMINE**, & ren-  
 ta me, examina renes meos & cor  
 meum.

**II.**  
 Prima ra-  
 tio, quia  
 sum inno-  
 cens. Secun-  
 da ratio,  
 quia profi-  
 teor ueram  
 doctrinam,  
 nec collu-  
 do cum ho-  
 stibus tuis.

Quoniam misericordia tua an-  
 te oculos meos est, & ambulau  
 in ueritate tua.

**N**o sedi cum uiris uanis, & cu  
 dolosis non conuersabor.

Odiui Ecclesiam malignanti-  
 um, & cum impijs non sedebo.

Lauabo in innocentia manus  
 meas, & circumdabo altare tuum

**DOMINE.**

Vt

Vt audiam uocem gratiarum  
actionis, & enarrem uniuersa mi-  
rabilia tua.

I I I.

Tertia, quia  
celebrabo  
te.

DOMINE dilexi habitaculum  
domus tuæ, et locum tabernaculi  
gloriæ tuæ.

Psal. 122.

NE concludas cum peccatori-  
bus animam meam, & cum uiris  
sanguinum uitam meam.

I I I I.

Repetit pre-  
cationem  
ut libera-  
tur.

In quorum manibus iniquita-  
tes sunt, dextera eorū repleta est  
muneribus.

Ego autem in innocentia mea  
ingressus sum, redime me, & mise-  
rere mei.

Antithesis.

Pes meus stetit in directo, in  
Ecclesijs benedicam DOMINO.  
XXVII.

Repetitur  
causæ in fi-  
ne.

Petit ut seruetur una cū Ecclesia.

PSALMV S DAVID.

DOMINVS illuminatio mea,  
& salus mea, quem timebor?  
DOMINVS protector uitæ  
meæ, à quo trepidabor?

I.

Orditur à  
gratiarum  
actione.

I I I.

Dum appropriant super me

Amplifica-

E

tio à hostiū maligni ut edāt carnes meas. Qui uiribus & tribulant me & inimici mei, ipsi rabie. impingent & corruent.

Si aduersum me castrametentur, non timebit cor meum, Si exurgat aduersum me praelium, in hoc ego sperabo.

III.

Petit ut feruetur cum Ecclesia.

VNā petij à DOMINO hanc requiram, ut habitem in domo DOMINI, omnibus diebus uitæ meæ: Vt uideam uoluptatem DOMINI, & uisitē templū eius.

V.

Ratio quia ibi ero tuus.

Quoniam abscondit me in tabernaculo, in die malorum protegit me in abscondito tabernaculi sui, Et in petra exaltauit me.

VI.

Secunda ratio, quia ibi Dominum celebrabo.

Et nunc exaltabit caput meū super inimicos meos, qui me circumdant, & immolabo in tabernaculo eius hostiam uociferationis, cantabo & Psalmum dicam DOMINO

VII.

Petit se exaudiri & iuari.

EXaudi DOMINE uocē meam, quando clamauero ad te, miserere mei, exaudi me.

Tibi



Tibi dixit cor meum, requirite **VIII.**  
faciem meam, faciem tuam **D O-** Ratio quia  
**MINE** requiram. præcepisti  
& promisi-  
sti.

Ne auertas faciem tuam à me,  
neque abijcias in ira tua seruum  
tuum: adiutor meus esto, ne dere-  
linquas me, neq; deseras me **De-**  
us salutaris meus.

Quoniam pater meus & ma- **IX.**  
ter mea dereliquerunt me, **D O-** Cosolatio  
**MINVS** autem assumpsit me. cum deser-  
ti fumus.

**D O**ce me **D O M I N E** uia tua, **X.**  
& dirige me in semita recta pro- Petit se regi  
pter inimicos meos. uerbo & ser-  
uari à falsis  
doctoribus.

Ne tradideris me in animas tri-  
bulantium me, quoniam insurre-  
xerunt in me testes iniqui, & locu-  
ti sunt mendacium.

Attamen credo me uisurū bo- **XI.**  
na **D O M I N I**, in terra uiuētium. Promissio  
& præceptū  
de fide ac  
patientia in  
afflictione.

Expecta **D O M I N V M**, uirili-  
ter age, & confortetur cor tuum,  
& expecta **D O M I N V M**.

**XXVIII.**

Precatio contra hostes, & ne cum  
impijs & damnatis abijciamur.



## LIBER

## PSALMVS DAVID.

I.  
Propositio.  
Exaudi me.

AD te DOMINE clamabo, pe-  
tra mea ne fileas à me: ne, quan-  
do taces tu à me, similis fiam de-  
scendentibus in lacum.

II.  
Ratio, nisi  
exaudias,  
perii.

Exaudi uocem deprecationis  
meæ, dū oro ad te, dū extollo ma-  
nus meas ad oraculū sãctuarij tui.

III.  
Quid pe-  
tat.

Ne simul trahas me cū impijs  
& cū operãtibus iniquitatē, Qui  
loquuntur pacem cum proximo  
suo, mala autē in cordibus eorū.

IIII.  
Impreca-  
tio.

Da illis secundum opera eorū,  
& secundū nequitiam ad inuen-  
tionum ipsorum: Secundum ope-  
ra manuum eorū tribue illis, red-  
de retributionem eorum ipsis.

V.  
Ratio.

Quoniam non considerant o-  
pera DOMINI, neque opera ma-  
nuum eius, Ideo destruet illos, &  
non ædificabit eos.

VI.  
Gratiarum  
actio pro li-  
beratione,  
& exem-

Benedictus DOMINVS, quo-  
niam exaudiuit uocē deprecatio-  
nis meæ.

DOMINVS adiutor meus &  
prote-

protectoꝛ meus, & in ipso spera-  
uit cor meum, & adiutus sum, Et  
exultauit cor meum, & Psalmo  
meo confitebor ei.

plum pro-  
positum eo  
dem modo,  
& nos exau-  
diri & ser-  
uari.

DOMINVS fortitudo eorū,  
& protectoꝛ saluationum Chri-  
sti sui est ipse.

SALuum fac populum tuū, &  
benedic hæreditati tuæ, & pasce  
eos, & extolle illos usq; in æternū.

VI.  
Precatio  
pro uniuersa  
Ecclesia.

XXIX.

Prophetia de regno Christi, & quis  
fuerit cultus Dei.

PSALMVS DAVID.

Afferte DOMINO filij fortiū,  
afferte DOMINO gloriam &  
fortitudinem.

Afferte DOMINO gloriã no-  
minis eius, adorate DOMINVM  
in ornatu sancto.

VOX DOMINI super aquas  
Deus maiestatis intonuit, DOMI-  
NVS super aquas multas.

Vox DOMINI in uirtute,  
uox DOMINI in magnificentia.

I.  
Propositio.  
Vetus cul-  
tus Dei est  
fides, inuo-  
catio, Gra-  
tiarū actio,  
propagatio  
uerbi.

II.  
De uocis et  
ministerij  
Euangelici  
efficacia:  
Synagogæ  
conuersio  
ad Euang.

LIBER

Vox DOMINI cōfringens cedros, & confringet DOMINVS cedros Libani.

Et fecit eas exilire tanquā vitulum, Libanum & Sirion quemadmodum filios unicornium.

Vox DOMINI incidēs ut flamma ignis.

Gentium  
conuersio  
ad Euangelium.  
Cultus noui Testamēti.

Vox DOMINI concutientis desertum, & commouebit DOMINVS desertum Cades.

Vox DOMINI perterrefaciet ceruas, & denudat syluas, & in tēplo eius omnes dicent gloriam.

III.  
Ecclesiam  
perpetuo  
mansuram  
& habiturā  
uictorias, &  
successus,  
ut cunq̄  
premat̄.

DOMINVS ad diluuium faciendum sedet, & sedebit DOMINVS rex in æternum.

DOMINVS uirtutem populo suo dabit, DOMINVS benedicet populo suo in pace.

XXX.

Gratiarum actio pro liberatione ex horrore mortis, iræ Dei, & alijs tristissimis malis, & exemplū propositum ad accendendam fidem, ut similiter liberationem expectemus & Deo gratias agamus, & alios nostra fide & cōfessione ad inuocationē inuitemus.

PSAL.

PSALMVS CANTICI IN  
*dedicatione domus David.*

EXaltabo te DOMINE, quonia  
 nã subuexisti me, nec delecta  
 sti inimicos meos super me.

DOMINE Deus meus clama  
 ui ad te, & sanasti me.

DOMINE deduxisti ab infer  
 no animam meam, uiuifcasti me  
 à descendentibus in lacum.

Pfallite DOMINO sancti eius,  
 & confitemini memoriae sanctita  
 tis eius.

Quoniam momentũ ira eius,  
 & uita delectatur, ad uesperũ de  
 morabitur fletus, ad matutinum  
 lætitia.

Ego autem dixi in prosperita  
 te mea, non mouebor in æternũ.

DOMINE in beneuolẽtia tua  
 constabiliuisti mõtem meũ, cum  
 absconderes faciem tuam, sum con  
 turbatus.

Ad te DOMINE clamabo, &  
 Deum deprecabor.

I.

Propositio,  
 ago gratias  
 quia me li  
 beraſti.

II.

Hortatur  
 totam Ec  
 clesiam ad  
 gratiarum  
 actionem.

III.

Ratio, quia  
 afflictio mo  
 mentanea,  
 consolatio  
 æterna.

2. Cor. 4.

Rom. 7.

IIII.

Causæ affli  
 ctionum se  
 curitas &  
 superbia.

V.

Precatio, li  
 bera, ut te  
 celebrem.

LIBER

Quę utilitas in sanguine meo,  
dum descendo in corruptionem?  
Nunquid gratiasaget tibi puluis,  
aut annūciabit ueritatem tuam?

Audi DOMINE & miserere  
mei, DOMINE sis adiutor meus.

*a Christi.* Conuertisti planctum meum  
in a gaudium mihi, concidisti sac-  
cum meum & circundedisti me  
laticia.

*vi.* Vt cātet tibi gloria mea, & nō  
*Causa fina-* fileat, DOMINE Deus meus, in  
*lis, cur libe-* æternum confitebor tibi.  
*remur.*

XXXI.

Precatio ut liberemur à malis, uarijs  
affectibus admixtis.

AD PRÆCINENDVM,

*Psalmus David.*

*i.* **I**N te DOMINE speraui, nō con-  
funder in æternū, in iusticia tua  
libera me.

*Propositio.* Inclina ad me aurem tuam, ac-  
celera ut eruas me.

*Spero non* **E**sto mihi in petram fortem &  
*me, aut* in domum munitam, ut saluum  
*ulla huma-* libera me. *Quo*

*na potētia,*  
*sed in te, nō*  
*in mea sed*  
*tua iusticia*  
*libera me.*



Quoniam petra mea & munitio mea es tu, & propter nomen tuum duces me & reges me.

Educes me de laqueo quem absconderunt mihi, Quoniam tu es k protector meus.

In manus tuas commendo spiritum meum, redemisti me D O M I N E Deus ueritatis.

Odi obseruantes uanitates falsitatis, Ego autem in D O M I N O speraui.

Exultabo & lætabor in misericordia tua, Quoniam respexisti afflictionem meam, et cognouisti in tribulationibus animam meam.

Nec cõclusisti me in manibus inimici, statuisti in loco spacioso pedes meos.

Miserere mei D O M I N E quoniam tribulor, contabescit præ ira oculus meus, anima mea & uenter meus.

Quonia defecit in dolore uita mea & anni mei in gemitibus.

II.  
Ratione liberabis, quia spero in te & ne blasphemaris.

k Fortitudo mea.

Luc. 24.  
III.

Discrimen ueræ spei, & spei carnalis.

IIII.  
Gratiarum actio.

V.  
Repetitio precatio- nis.

VI.  
Querela in qua cõme-



morat do- Infirmata est propter iniquitatē  
lores & æ- uirtus mea, & ossa mea conta-  
rumnas su- buerunt.  
as.

VII.

Imago Ec- sum opprobriū, uicinis meis ual-  
clesiæ. de, & timor notis meis, Qui uide-  
bant me in plateis, fugerūt à me.

Obluioni datus sum ex corde  
tanquam mortuus, Factus sum  
tanquam uas perditum.

Quoniam audiui uituperatio-  
nem multorum, & pauorē in cir-  
cuitu, In eo, dum conuenirent si-  
mul aduersum me, accipere ani-  
mam meam cogitauerunt.

VIII.

Consolatio & exemplū  
iuuaripios. EGO autem in te speraui DO-  
MINE, dixi, Deus meus es tu.

In manibus tuis sortes meæ,  
Eripe me de manu inimicorum,  
& à persequentibus me.

Illustra faciē tuā super seruū tuū,  
saluum me fac in misericordia tua.

IX.

Imprecatio  
contra ho- niam inuocaui te, Erubescant im-  
stes. pij, & confilescant in inferno.

MVta fiant labia dolosa, Quæ loquuntur aduersus iustū dura, superba & contumeliosa.

QVam magna bonitas tua quā abscondisti timentibus te, Et exhibuisti eis qui sperant in te, in conspectu filiorum hominum. x.  
Cōsolatio.

Abscondes eos in abscondito faciei tuæ, à superbia cuiuslibet.

Proteges eos in tabernaculo à contradictione linguarum.

Benedictus DOMINVS quo XI.  
Gratiarum actio. niam mirificauit misericordiam suam mihi in ciuitate munita.

Ego enim dixi in anxietate mea, proiectus sum à facie oculorum tuorum, Tu tamen exaudiuisti uocem orationis meæ, dum clamarem ad te.

Diligite DOMINVM omnes sancti eius : Credentes custodit XII.  
Adhortatio. DOMINVS, & retribuet abundanter facientibus superbiam. XIII.  
Promissio.

Viriliter agite & cōfortetur cor uestrū, omnes qui speratis in DOMINO. Hic

LIBER  
XXXII.

Hic Psalmus plenus est eruditionis, tradit enim doctrinam de remissione peccatorum, seu de iustificatione, de confessione peccati, de discrimine ueræ iusticiæ & hypocriticæ, de causa humanarum calamitatum.

PSALMVS ERVDITIVVS

Dauidis.

<sup>1.</sup>  
Propositio. **B**Eati quorum remissæ sunt iniquitates, et quorum tecta sunt peccata.

Iusti sunt quibus peccata sunt remissa, tecta & nõ imputantur.

Rom. 4.  
k II.  
Confessio, ita remittuntur peccata, cum ea confitemur Deo, & ea agnoscimus & peccimus & credimus remitti nobis propter gratuitam pro-

missionem.

Beatus uir cui non imputauit DOMINVS peccatum, nec est in spiritu eius dolus.

II. Ratio propositionis, quia nisi agnoscantur peccata, & credatur remissio peccatorum gratuita, contabescunt ossa.

Quoniam tacui, contabuerunt ossa mea, dum rugirem tota die.

Quoniam die ac nocte grauata est super me manus tua, Conuersus est humor meus in ariditatem æstiuam, Sela.

k Delictum meum cognitum tibi feci, et iniusticiam meam non abscondi, Dixi confitebor transgressiones

fiones meas DOMINO, & ture  
 misisti impietatem peccati mei,  
 Sela.

f Pro hoc orabit ad te omnis san-  
 ctus in tempore opportuno, Ve-  
 runtamen in diluuiio aquarū mul-  
 tarum ad eū non approximabūt.

Tu es refugium meum, in tri-  
 bulatione conserua me, ut serua-  
 tus laudem te, Sela.

Intellectum tibi dabo, & doce-  
 bo te in uia quam gradieris, ocu-  
 lo meo te regam.

Nolite fieri sicut equus et mu-  
 lus, quibus non est intellectus, In-  
 chamo & freno maxillas eorum  
 constringe, cū non approximant  
 ad te.

Multa flagella impio sunt, sperā-  
 tem autem in DOMINO miseri-  
 cordia circumdabit.

Lætamini in DOMINO & exul-  
 tate iusti, & gloriamini omnes re-  
 cti corde.

f III.

Secunda  
 propositio  
 discernens  
 hypocritas  
 et iustos fi-  
 de. In factis  
 remanet  
 peccatum,  
 sed remitti-  
 tur petenti-  
 bus.

IIII.

Cōsolatio.  
 et curserua-  
 ri petat.

V.

Promissio  
 de conser-  
 uatione do-  
 ctinæ Ec-  
 clesie Dei.

VI.

Adhortatio

VII.

Causæ hu-  
 manarum  
 calamita-  
 tum.  
 Epiphone-  
 ma.

## LIBER

XXXIII.

Gratiarum actio pro liberatione &  
alijs beneficijs Dei.

## PSALMVS DAVID.

I.  
Exordium  
quo iubet  
celebrare  
bonitatem  
Dei & ei a-  
gere gra-  
tias.

**E**Xultate iusti in DOMINO,  
rectos decet collaudatio.

Gratias agite DOMINO in cy-  
thara, in Psalterio decem chorda-  
rum psallite illi.

Cantate ei canticum nouum,  
bene psallite in uociferatione.

a Veritate. **Q**uia rectū est uerbū DOMI-  
NI, et omnia opera eius in a fide.

Diligit iusticiam & iudicium,  
misericordia DOMINI plena est  
terra.

II.  
Narratio  
beneficio-  
rum.  
Gen. I.

Verbo DOMINI caeli facti sunt,  
& spiritu oris eius omnis exerci-  
tus eorum.

Cōgregans sicut in utere aquas  
maris, ponēs in thesauris abyssos

III.  
Adhortatio

Timeat DOMINVM omnis  
terra, ab eo autem metuant om-  
nes inhabitantes orbem.

Quoniā ipse dixit & facta sunt,  
ipse



ipse mandauit & b creata sunt.

b Steterūt.

DOMINVS dissipat confilia gentium, irritas facit cogitationes populorum.

IIII.

Deum adesse creaturis reprimere tyranos & hostes Ecclesiæ.

Consilium autem DOMINI in æternū manet, cogitationes cordis eius in generatione & generationem.

v.

BEATA gens cuius est DOMINVS Deus eius, populus quem elegit in hæreditatem sibi.

Quæ sit uera Ecclesiæ & Deum esse eius custodem.

De cælo respexit DOMINVS uidit omnes filios hominum.

De præparato habitaculo suo respexit super omnes qui habitant terram.

Qui finxit sigillatim corda eorū, qui intelligit omnia opera eorū.

VI.

Antithesis, damnatur fiducia humanarum uirium, & probatur fiducia in Deum.

NON saluatur rex per multā uirtutem, gigas non saluabitur in multitudine uirtutis suæ.

Fallax equus ad salutem, in abundantia autem uirtutis suæ non saluabitur.

Ecce oculi DOMINI super me



LIBER

Psal. 34. metuentes eum, & super eos qui  
37. sperant in misericordia eius.

Exemplum  
propositū. Ut eruat à morte animas eorū,  
& alat eos in fame.

Anima nostra expectat D O M I N U M,  
qui adiutor & protector noster est.

VII. Concludit.  
per precationem. Quia in eo lætabitur cor nostrum,  
& in nomine sancto eius sperauimus.

Fiat misericordia tua D O M I N E,  
super nos, quemadmodum sperauimus in te.

XXXIII.

Agit gratias Deo liberationibus, De  
inde exemplum suę liberationis proponit  
toti Ecclesię, ac hortatur ut singuli  
similiter petāt et expectēt liberationē.

1. Reg. 21. PSALMVS DAVID CVM  
mutauit uultum suum coram Abimelech,  
& expulit eum & abiit.

1. Propositio gratiarum actionis. **B**enedicam D O M I N U M in  
omni tempore, semper laus eius in ore meo.

3 In DOMINO gloriabitur  
anima mea, ut audiant afflicti &  
letentur.

II.

3 Magnificate DOMINVM  
mecum, & exaltemus nomē eius  
simul.

Adhortatio  
ad gratia-  
rum actio-  
nem.

7 Exquisiui DOMINVM &  
exaudiuit me, & ex omnibus pa-  
uoribus meis eripuit me.

LII.

Proponit  
suum exē-  
plum toti  
Ecclesiæ.

7 Qui aspiciunt eum & ad eū  
confluunt, eorum facies non con-  
fundentur.

LIII.

Promissio.

7 Iste pauper clamauit, & DO-  
MINVS exaudiuit eū, & ex om-  
nibus tribulationibus eius salua-  
uit eum.

V.

Repetit ex-  
emplum li-  
berationis

7 Castrametatur Angelus DO-  
MINI in circuitu timentium.

VI.

Cōsolatio.

7 Gustate & uidete quoniam  
suavis est DOMINVS, Beatus uir  
qui sperat in eo.

Gen. 32.

4. Reg. 6.

7 Timete DOMINVM om-  
nes sancti eius, quoniam non est  
inopia timentibus eum.

VII.

Promissio-  
nes & do-  
ctrina fidei.

7 Diuites eguerunt & esurie-

Psal. 33.

Psal. 37.

L I B E R

▼ III.  
Præcepta  
de timore  
Dei.

1. Pet. 3.

IX.  
Promissio-  
nes & com-  
minatio-  
nes.

b. Cōtrito.

runt, inquirentes autem D O M I  
N V M nō indigebūt omni bono.

↳ VENITE fili, audite me, timo-  
rem D O M I N I docebo uos.

¶ Quis est homo qui desiderat  
uitam? Diligit dies uidere bo-  
nos.

Prohibe linguam tuam à ma-  
lo, & labia tuā ne loquantur do-  
lum.

○ Diuerte à malo & fac bonū  
inquire pacem, & persequere  
eam.

¶ Oculi D O M I N I super iustos  
& aures eius in preces eorum.

↳ Vultus autem D O M I N I, su-  
per facientes mala, ut perdat de  
terra memoriā eorum.

¶ Clamauerunt, & D O M I-  
N V S exaudiuit, & ex omnibus  
tribulationibus eorum liberauit  
eos.

¶ Iuxta est D O M I N V S his qui  
tribulato sunt corde, & b humiles  
spiritu saluabit.

¶ Multæ

**7** Multæ tribulationes iusto Cõsolatio.  
rum, & de omnibus his liberabit  
eos DOMINVS.

**U** Custodit omnia ossa eorũ, Matth. 10.  
unum ex his non conteretur.

**F** Impium interficiet malum,  
& qui oderunt iustum erunt rei. c. i. maledi-  
cti, cathar-  
mata.

**D** Redimet DOMINVS ani-  
mam seruorum suorum, & non  
erunt rei omnes qui sperant in  
eo.

## XXXV.

Petit defensionem contra impiorũ  
furores & eorum calumnias.

## PSALMVS DAVID.

**I**udica DOMINE cum contẽ- k Cõtende.  
dentibus mecum, Pugna cum  
pugnantibus contra me. i.

Apprehende arma & scutum Propositio  
& exurge in adiutorium mihi. defẽde me.

Stringe frameam & protege  
me aduersus eos qui persecun-  
tur me, Dic animæ meæ, salus tua  
ego sum.

LIBER

II.  
Imprecatio  
contra ho-  
stes.

Confundantur & pudefiant  
quærentes animam meam: Auer-  
tantur retrorsum & confundan-  
tur cogitantes mihi mala.

3. Reg. 19.  
Et Esai. 36.

Fiant tanquam pulvis ante fa-  
ciem uentis, & Angelus DOMI-  
NI expellens eos.

III.  
Querelade  
infidijs pro-  
pter uerbū  
Dei.  
Imprecatio

Fiant uix illorum tenebræ, &  
lubricæ, & Angelus DOMINI  
persequens eos.

Quoniam sine causa absconde-  
runt mihi foueam laquei sui, sine  
causa foderūt animæ meæ foueā.  
Veniāt illi desolatio quam igno-  
rat, & rete suum quod abscondit  
apprehendat eum, & in desola-  
tionem suam cadat.

IIII.  
Promissio  
& causæ li-  
berationis

Anima autem mea exultabit  
in DOMINO, & delectabitur su-  
per salutari suo.

V.  
Narratio  
periculorū

Omnia ossa mea dicent, DO-  
MINE quis similis tibi: Eripiens  
afflictum à fortiori ipso, afflictū  
& pauperem à diripientibus eū.

Surgunt testes iniqui, quæ ig-  
nora-

norabam interrogabant me. & ærumna

Retribuebant mihi mala pro rum.

bonis, orbitatem animæ meæ. VI.

Ego autem cum ægroti essent, Amplificat.

induebar cilicio, Affligebam ieiū collatione.

nio animam meam, et oratio mea

in sinu mea a uertebatur.

Quasi cum amico, & quasi cū a. i. ardēter

fratre meo ambulauī, quasi lugēs orabam.

matrem pullatus incuruabar.

Et in palga mea lætati sunt, & 3. Reg. 18.

conuenerunt, conuenerunt con-

tra me claudi, & non cognoui, la-

cerauerunt, & non silent.

Cum hypocritis & derisorī-

bus panis causā frenderunt super

me dentibus suis. VII.

DOMINE quandiu aspicias: E Repetit pe-

ripē animam meā à tumultibus tionē cū

eorū, à leonibus unicam meam. magno affe-

Confitebor tibi Ecclesia mag- etu. VIII.

na, in populo multo laudabo te. Causa libe-

Non super gaudeant mihi, qui rationis.

aduersantur mihi inique, qui ode-

runt me sine causā, et añuunt ocu-

lis.



LIBER

Quoniam non pacifice loque-  
bantur, & contra quietos terræ  
uerba dolosa cogitabant.

**b**  
Id gaudent  
uidere. Et dilatauerunt contra me os  
suum, dixerunt: euge euge, **b** uide-  
runt oculi nostri.

Vidisti DOMINE ne fileas,  
Domine ne discedas à me.

Expergiscere & euigila ad iu-  
dicium meum Deus meus, & Do-  
minus meus ad causam meam.

Iudica me secundum iusticiam  
tuam DOMINE, Deus meus,  
& non supergaudeant mihi.

Ne dicant in cordibus suis, eu-  
ge, animæ nostræ, ne dicant, deuo-  
rauimus eum.

Erubescāt & pudefiant simul  
qui gaudent malis meis: Induan-  
tur confusione & ignominia ia-  
ctantes se contra me.

**c**  
Id est, cau-  
sam meam  
quæ est uer-  
bi. Exultent & lætentur qui desi-  
derant **c** iusticiam meam, & di-  
cant semper, magnificetur D O-  
MINVS qui uult pacē seruo suo.

Et

Et lingua mea meditabitur iustitiam tuam, tota die laudem tuam.

Repetitio  
causae finalis  
liberationis.

XXXVI.

Precatio uniuersae Ecclesiae contra impios doctores, quorum imago hic depingitur.

AD PRAECINENDVM

Dauid. serui Domini.

**E**x intimo cordis mei dico de transgressione impij, non est timor Dei ante oculos eius.

I.  
Sunt  
dilecti.

Quoniaim blanditur sibi ipsi in conspectu suo, ut inueniatur iniquitas eius ad odium.

II.  
Blandus,  
pijs odia  
mouens.

Verba oris eius iniquitas & dolus, noluit intelligere ut bene ageret.

III.  
Doctrina  
mendax.

Iniquitatem meditatus est in cubili suo, astitit in uia non bona, malitiam autem non odiuit.

IIII.  
Pertinax,  
V.  
νεμερτοι.

**DOMINE** in caelo misericordia tua, & ueritas tua usque ad nubes.

II.  
Precatio &  
consolatio  
a magnifi-

Iusticia tua sicut montes a Dei iudicia tua abyssus multa, Homines & iumenta saluabis **DOMINE**

i. Tim. 4.

LIBER

b Vmbra. Quam preciosa misericordia  
tua Deus, Et filij hominum in b te  
gmine alarum tuarum sperabūt.

III. Inebriabuntur ab ubertate do-  
mus tuæ, & torrente uoluptatis  
tuæ potabis eos.

Promissio-  
nes ad Ec-  
clesiam per-  
tinentes. Quoniã apud te est fons uitæ,  
& in lumine tuo uidebimus lu-  
men.

IIII. Expande misericordiam tuam  
Concludit scientibus te, & iusticiam tuã his  
per preca- qui recto sunt corde.

tionem pro- Nō ueniat mihi pes superbiæ,  
tota Eccle- & manus peccatoris nō moueat  
sia. me.

Ibi ceciderunt qui operantur  
iniquitatem, expulsi sunt nec por-  
tuerunt stare.

XXXVII.

Consolatio opponēda scādalo cru-  
cis, & doctrina ut deo obediamus, ne  
cū uidemus impios florere, pijs autem  
male esse, offensi, à Deo deficiamus.

PSALMVS DAVID.

I. Propositio. **N**oli æmulari in malignan-  
tibus,

tibus, neque zelaueris facientes iniquitatem.

Quoniam tanquã fœnum uelociter arefcent, & quemadmodum & olera herbarum cito decident.

**N** Spera in DOMINO & fac bonitatem, & inhabita terram, & uictum quare honeste.

Delectare in DOMINO & dabit tibi petitiones cordis tui.

**R** Reuela DOMINO, uiam tuã & spera in eo, & ipse faciet.

Et deducet quasi lumen iusticiam tuam, et iudicium tuum tanquam meridiem.

**¶ b** Subditus esto DOMINO, & ora eum, Noli æmulari in eo qui prosperatur in uia sua, in homine faciente iniusticias.

**D** Define ab ira & derelinque furorẽ, noli æmulari ut maligneris.

Quoniam qui malignantur ex terminabuntur, expectantes au-

ne iras caris florentibus impijs.

II.

Ratio. a. Vide gramẽ marcescẽt.

III.

Docet obediendum Deo & ei exitus comẽdãdos.

**b** Sile Domino & expecta eum.

IIII.

Repetit propositionẽ.

V.

Ratio propositionis.

LIBER

tem DOMINI V M ipsi hæredita-  
bunt terram.

v i.  
Promissio-  
nes & com-  
minatio-  
nes mixte.  
Matth. 5.  
Beati mi-  
tes.

¶ Et adhuc pusillum & non e-  
rit impius, & quæres locum eius  
& non erit.

Manueta autem hæreditabunt  
terram & delectabuntur in multi-  
tudine pacis.

¶ Meditatur impius contra iu-  
stum, & stridebit super eum den-  
tibus suis.

v i i.  
Cōsolatio.

Dominus autem irridebit eum,  
quoniam prospicit quod ueniet  
dies eius.

o in uia.

v i i i.  
Imprecatio  
contra ho-  
stes.

¶ Gladium euaginauerunt im-  
pij, intenderunt arcum suum, ut  
desiciant pauperem & inopem,  
ut trucident rectos corde. o

Gladius eorum intret in cor-  
da ipsorum, & arcus eorum con-  
fringatur.

i x.  
Cōsolatio  
cōtra opes  
& potenti-  
am impio-  
rum.

¶ Melius est modicum iusto su-  
per diuitias impiorum multas.

Quoniam brachia impiorum  
con-

conterentur, confirmat autem iu-  
stos DOMINVS.

¶ Nouit DOMINVS dies im-  
maculatorum, & hæreditas eorū  
in æternum erit.

Non confundentur in tempo-  
re malo, & in diebus famis satu-  
rabuntur.

¶ Quia impij peribūt, Inimici  
uero DOMINI d. mox ut honori  
ficati fuerint & exaltati, deficien-  
tes quemadmodum fumus defi-  
cient.

¶ Mutuatur impius et non sol-  
uet, iustus autem miseretur & re-  
tribuet.

Quia benedicti eius hæredita-  
būt terram, maledicti autem eius  
disperibunt.

¶ A DOMINO gressus ho-  
minis dirigentur, & uia eius dele-  
ctabitur.

Dum ceciderit non collidetur,  
quia DOMINVS supponit ma-

d. Et si sint  
sicut amœ-  
nissimum  
pratium, ta-  
men sicut  
fumus eua-  
nescent.

x  
Promissio.



num suam.

**Cōsolatio** **¶** Iunior fui, & senui, & non uidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panem.

Tota die miseretur & commodat, & semen illius in benedictione erit.

**x i.** **○** Declina à malo & fac bonū, & inhabita in seculum seculi.  
**Repetitio superiorū præceptorū promissionum, cōsolationū & comminationum.** **¶** Quia **DOMINVS** amat iudicium, & nō derelinquet sanctos suos, in æternum cōseruabuntur, & semen impiorum peribit.

Iusti autem hæreditabunt terram, & inhabitabunt in seculum seculi super eam.

**¶** Os iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium.

Lex Dei eius in corde ipsius, & non supplantabuntur gressus eius.

**¶** Obseruat impius iustum, & quærit interficere eum.

**DOMINVS** autē non derelinquet

quet eum in manibus eius, nec  
damnabit eum cum iudicabitur.

**¶** Expecta DOMINVM & cu-  
stodi uia eius, & exaltabit te, ut  
hæreditate capias terram, cum pe-  
rierint impij uidebis.

**¶** Vidi impium præfractum et  
eleuatum sicut laurum uiridem.

Et transiui, & ecce nō erat, que-  
siui eum, & non est inuentus.

**¶** Custodi innocentiam & ui-  
de æquitatem, quoniam postre-  
mum tali homini pax.

Iniusti autem disperibunt si-  
mul, tandem impij interibunt.

**¶** Salus autem iustorum à DO-  
MINO, & protector eorum in tē-  
pore tribulationis.

Et adiuuabit eos DOMINVS,  
& liberabit eos, & eruet eos ab  
impijs, & saluabit eos, quia  
sperauerunt in eo.

XII.

Ab exēplis  
Achitophel  
Absalō, Sen-  
nacherib  
&c.

LIBER  
XXXVIII.

Precatio in qua petit remissionem peccatorum, mitigationem ingentiū calamitatū, & liberationē, ne abijciatur à Deo, ne opprimatur hostiū furore, ne pereat sicuti impij, ut Pharao, Saul & similes.

PSALMVS DAVID

I.

*ad recordandum.*

Propositio  
precationis

**D**OMINE ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me.

II.

Querela &  
narratio in  
gentiū do-  
lorum.

Quoniā sagittę tuę infixę sunt mihi, & manus tua premit me.

Non est sanitas in carne mea à facie irę tuę, nō est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum.

III.

Interna mala, ira Dei, conspectus peccati, pa-  
uor & hor-  
ror.

Quoniam iniquitates meę supergressę sunt caput meum, & sicut onus graue grauata sunt super me.

Putruerunt & corrupta sunt uulnera mea propter insipientiā meam.

a depref-  
sus

Miser & factus sum & curuatus sum ualde, tota die contristatus ingrediebar.

Quo-

Quoniam lumbi mei impleti sunt plaga, & non est sanitas in carne mea.

Afflictus sum & cōtusos sū ual David fuit de, rugiebā à gemitu cordis mei. talis in exilio.

Domine ante te omne desiderium meum, et gemitus meus à te non est absconditus.

Cor meū conturbatū est, dereliquit me uirtus mea, & lumen oculorum meorū non est mecum.

AMici mei & proximi mei ex aduerso plage steterūt, & qui iuxta me erant de longe steterunt. IIII. Externa mala, persecutio, calūniā, odia.

Et tetenderunt rete, quia quærebant animā meā, Et qui inquirebant mala mihi, locuti sunt uanitates, & dolos tota die meditantur.

Ego autem tanquam surdus non audiebam, et sicut mutus non aperiens os suum. SILENTIUM, & expecta eum. Psal. 37.

Et factus sum sicut homo non audiēs, & nō habens in ore suo redargutiones. V. Causæ cur sit adiuuandus.

LIBER

**I.**  
 Quia spero in te. Quoniam in te DOMINE speravi, tu exaudies Domine Deus meus.

**II.**  
 Ne triumphent hostes. Quia dixi nequando supergaudeat mihi, si uacillaret pes meus, & ne glorientur contra me.

**VI.**  
 Piorum uita qualis? Quoniam ego ad flagella factus sum, & dolor meus in conspectu meo semper.

**VII.**  
 Amplificat. collatione Quoniam iniquitatem meam annuntiabo, & anxius ero propter peccatum meum.

Inimici autem mei uiuunt & confirmati sunt super me, & multiplicati sunt qui oderunt me iniqui.

Qui retribuunt mala pro bonis detrahebant mihi, quoniam sequebar bonitatem.

**VIII.**  
 Concludit repetita precatio. Ne derelinquas me DOMINE Deus meus, ne discesseris a me.

Festina in adiutorium meum Domine salutis meae.

XXXIX.

Consolatio opponenda scandalo felicitatis impiorum, & infelicitatis ac miseriae piorum.

AD



AD PRAECINENDVM,

*pro Idithum, canticum David.*

**D**ixi custodiā vias meas, ut non peccem lingua mea, custodiā os meū capistro, dum adhuc impius coram me est.

Obmutui & filii & tacui de bonis & dolor meus renouatus est.

Concaluit cor meū intra me, & in meditatione mea exardescit ignis, Locutus sum lingua mea.

Notum fac mihi DOMINE finem meum, & numerum dierum meorum, quis sit, ut sciam quod ego definam.

Ecce sicut mensuram palmi posuisti dies meos, & tempora mea sicut nihilum coram te: Quam nihil nisi uanitas omnis homo securus: Sela.

Eheu quān sicut umbra pertransit homo, & quam uanē solliciti sunt: Colligit & ignorat quibus sit ea congregaturus.

F v

i. Par. 26.

I.

Narratio, non offendar quod impij florent, & Ecclesia affligitur.

II.

Fides & spes uincūt indignationem.

III.

Precatio & cōsolatio, quia uita breuis est, ergo & afflictiones non durabunt, & gloria erit aeterna piorum.



VIII.

Altera con-  
solatio, illi  
opes, ego  
deū ipsum  
habeo.

V.  
Petit sibi re-  
mitti pec-  
cata & se  
defendi.

Psalm .2.

VI.  
Conclusio  
in qua repe-  
titur preca-  
tio.  
Heb. II.

ET nunc quæ est expectatio  
mea Domine: In te sperabo.

Ab omnibus iniquitatibus meis erue me, in opprobrium inipienti ne ponas me.

Obmutescam et non aperiam os meum, quoniam tu facies.

Amoue à me plagas tuas, A castigatione enim manus tuæ ego defeci.

Dū castigas hominē propter iniquitatē, facis tabescere sicut tineam pulchritudinem eius, Eheu quā uanitas omnis homo: Sela.

Exaudi orationem meam D O MINE, & deprecationem meam auribus percipe, et ad lachrymas meas ne fileas, quoniam aduena ego sum apud te, & incola sicut omnes partes mei.

Remitte mihi ut refrigerer prius quā abeam, & amplius non ero.

XL.

Epistola ad Heb. Cap. 10. testatur in hoc Psalmo Christum loqui. Est igitur prophetia de passione Christi & eius liberatione.

beratione, de abrogatione legis, & in-  
uulgatione Euangelij & beneficiorum  
Christi.

AD PRAECINENDVM

*Psalmus David.*

**E**Xpectans expectaui **DOMI-**  
**NVM**, & inclinatus est ad me,  
Et exaudiuit preces meas.

I.  
Exordium  
in quo est  
gratiarum  
actio.

Et eduxit me de lacu miseriae  
& de luto fecis, Et statuit supra  
petram pedes meos, & direxit  
gressus meos.

Passio,  
mors & re-  
surrectio  
Christi.

Et dimisit in os meum canticum  
nouum, carmen deo nostro, Vide  
bunt multi & timebunt, & spera-  
bunt in **DOMINO**

Euangelium.

Beatus uir qui posuit **DOMI-**  
**NVM** spem suam, & non respexit  
ad superbos, & diuertentes ad  
Mendacium.

II.  
Promissio  
fiducia  
Christi, non  
operum le-  
gis nos ser-  
uari.

**MVL**ta fecisti tu **DOMINE**  
Deus meus mirabilia tua, & co-  
gitationes tuas super nos, non est  
qui similis sit tibi, Annunciabo  
& loquar quamuis sint innume-  
rabilia.

III.  
Narratio  
de benefi-  
cijs Messie.

LIBER

IIII. Sacrificium & oblationem non  
Abrogatio legis & in-  
uulgatio E-  
uangelij. uoluit, aures autē aperuisti mihi,  
Holocaustum & sacrificium ex-  
piationis non postulasti.  
Heb. 10.

V. Tunc dixi, Ecce uenio, In uolu-  
mine Libri scriptum est de me.  
Vox Christi, Ego po-  
nam animā  
meā hosti-  
am pro pec-  
cato, quod  
sacrificijs le-  
gis expiari  
nō potuit.

Ut facerem uoluntatem tuam,  
Deus meus, uolui, & lex tua in  
medio cordis mei.

VI. k Fructus passionis Christi, pre-  
dicari iusticiam Christi non legis.

k Euangelizauit iusticiam in Ec-  
clesia magna, Ecce labia mea non  
prohibebo DOMINE tu scisti.

Iusticiam tuam non abscondi  
in corde meo, ueritatem tuam &  
salutem tuam dixi, Non abscon-  
di misericordiam tuam & uerita-  
tem tuam in Ecclesia magna.

VII. Tu autem DOMINE ne lon-  
ge facias miserationes tuas à me,  
Precatio & misericordia & ueritas tua sem-  
petitio au- xilij. per custodiant me.

VIII. Quoniam circundederunt me  
Ratio, quia mala

mala, quorum non est numerus, premor ira  
comprehenderūt me iniquitates Dei & pec-  
mea, ut nō potuerim uidere, Mul- catis mūdi.  
tiplicatæ sunt super capillos capi-  
tis mei, & cor meū dereliquit me.

Complaceat tibi DOMINE  
ut eruas me, DOMINE ad adiu-  
uandum me festina.

CONfundantur & pudefiant Maledicit  
simul qui quærūt animam meam Synagogæ.  
ut auferant eam: Auertantur re-  
trorsum & ignominia afficiātur,  
qui uolunt mihi mala.

Ferent confestim confusionē Ecclesiæ fi-  
suam qui dicunt mihi, euge euge. delium.

Exultent & lætentur super te Conclusio.  
omnes, quærentes te, & dicāt sem Continet  
per, magnificetur DOMINVS, exemplum  
qui diligunt salutare tuum. Christi, Ec-  
clesiam af-  
flictam simi-  
liter respici  
& iuuari à  
Deo.

Ego autē afflictus sū & pauper,  
DOMINVS sollicitus est pro me,  
Adiutor meus & protector meus  
es tu, Deus meus ne tardaueris.

## XLI.

Oratio Christi & totius Ecclesiæ pro defensione,  
quæ docet opem ferendā innocentibus, & pro hoc  
officio promittit præmia.

LIBER  
AD PRAECINENDVM,  
Psalmus David.

I. **Propositio,**  
defendite  
innocētes. **B**Eatus qui intelligit super pau-  
perem, in die mala liberabit eū  
**DOMINVS.**

II. **Rationes**  
subijcit or-  
dine & pro-  
missiones. **DOMINVS** custodiet eum,  
uiuificabit eum, & beatum faciet  
in terra, & non tradet eum in ani-  
mam inimicorum eius.

a **DOMINVS** a opem feret illi  
recreabit. super lectum doloris eius, uniuersum  
stratum eius cōuertisti in in-  
firmitate eius.

III. **Precatio.** **EGO** dixi **DOMINE**, misere-  
re mei, sana animam meam, quia  
peccaui tibi.

IIII. **Querela de**  
amicorum  
perfidia, ut  
Achito-  
phel & Iu-  
das. **Inimici** mei dixerunt mala mi-  
hi, quando morietur? & peribit  
nomen eius?

**Mimesis.** Et cum ueniunt ut spectent, ua-  
na loquuntur in corde suo, cōgre-  
gavit iniquitatem sibi. Egrediun-  
tur foras, & traducunt.

Simul aduersum me susurra-  
bant, omnes inimici mei, aduersum  
sum



sum me cogitabant mala mihi.

Verbum *b* iniquum constitue *b* cōsiliū  
runt aduersum me, dum iacebit Belial.  
non adjiciet ut resurgat. Mimesis.

Etiā homo pacis meæ, in quo Ioan. 13.  
speraui, qui edebat panes meos, Iudas.  
magnificauit super me supplantat  
tionem.

TV autem DOMINE mise- Repetitur  
rere mei, & resuscita me, & retri- precatio.  
buam eis.

In hoc cognoui quoniam com v.  
placitum est tibi in me: quoniam Prophetia  
non gaudebit inimicus meus su- de resurre-  
per me. ctione & re-  
gno eterno  
Christi.

Me autem propter innocentiam  
meam sustetasti, & collocasti me  
in conspectu tuo in æternum.

Benedictus DOMINVS De VII.  
us Israel, à seculo & usque in secu Gratiarum  
lum, Amen, Amen. actio.

LIBER



# LIBER SECVN-

DVS.

XLII.

Precatio est in qua describitur agon & acerrimum certamen fidei seu spei luctantis cum desperatione, tum cum peccata, pœnæ & ira Dei in cōspectu sunt, in quo agone Dauid tempore exilij fuit. Hæc propter nos scripta sunt, ut in similibus fluctibus pauperum, fide promissionum & spe auxilij nos sustentemus, & non nostra iusticia, sed promissa misericordia nitamur.

## AD PRÆCINENDVM ERV- ditium filiorum Chore.

- I. **Propositio**  
preca-  
tionis  
figurata si-  
militudine.
- QVemadmodum desiderat cer-  
uus ad fontes aquarū, ita desi-  
derat anima mea ad te Deus.  
Sitiuit anima mea ad Deum,  
Deum uiuum, quando ueniam et  
uidebo faciem Dei.  
Fuerunt mihi lachrymæ meæ  
panes die ac nocte, dum dicitur  
mihi quotidie, ubi est Deus tuus?  
Hæc cum recordor, effundo in  
me animam meam, quoniã transi-  
bo in locum tabernaculi admira-  
bilis,

bilis, usque ad domum Dei, In uoce exultationis & confessionis, cū multitudi-  
ne sacrificante.

Quare tristis es anima mea: & quare conturbas me.

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi, quia salus in uultu eius.

Deus meus in me anima mea cōturbata est, propterea memor ero tui de terra Iordanis & Hermonim à monte modico.

Abyssus ad abyssum sonat in uoce cataractarum tuarum, Omnes collisiones & fluctus tui super me transierunt.

In die promisit **DOMINVS** misericordiam suā, & nocte canto illi, Apud me oratio Deo uitæ meæ.

Dixi ad Deū, petra mea, Quare oblitus es mei, & quare contristatus incedo, dum affligit me inimicus.

Sicut latrocinium est in ossibus

III.

Consolatio qua se erigit fide & spe auxiliij.

IIII.

Redit ad pauores quos fluctibus comparat.

V.

Sustentat se fide promissionum et oratione.

VI.

Repetit dolores.

## LIBER

meis, cum exprobrant mihi qui  
tribulāt me inimici mei, dicentes  
mihi per singulos dies, ubi est De-  
us tuus?

VII.  
Cōsolatio.

Quare tristis es anima mea, &  
quare conturbas me? Spera in  
Deo, quoniam adhuc confitebor  
illi, salutare uultus mei & Deus  
meus.

## XLIII.

Precatio est eiusdem argumenti, ut in proximo  
Psalmo. Petit enim ut Deus sit iudex & defendat  
causam iustā aduersus impios hostes, qui non tantū  
Dauidē occidere conantur, sed causam & doctrinā  
eius damnant, qualia & his nostris tēporibus fiunt.  
Igitur & nos petamus & expectemus auxilium.

I.  
Propositio,  
sis tu iudex  
& iustum  
defende.

II.  
Ratio &  
querela do-  
loris.

III.  
Precatio ut

Iudica me Deus & age causam  
meā contra gentē nō sanctā, ab  
homine iniquo et doloso erue me.

Quia tu es Deus fortitudo mea,  
quare me repulisti: et quare tristis  
incedo, dum affligit me inimicus.

Emitte lucem tuam & uerita-  
tem tuā, ipsa me deducant, & ad-  
ducant in montem sanctum tuū,  
& in tabernacula tua, Et

Et introibo ad altare Dei, ad Deum gaudij mei & exultationis meæ, Confitebor tibi in cythara, Deus Deus meus.

reducatur ad societatem Ecclesiæ, ut ibi Deum celebret.

Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me? Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi, salutare uultus mei & Deus meus,

IIII.  
Cōsolatio.

XLIIII.

Precatio contra hostes Ecclesiæ, & est imago Ecclesiæ omnium temporum.

DEUS auribus nostris audiimus, patres nostri annunciarunt nobis.

I.  
Narratio quæ docet, unde sit Ecclesia & à quo collecta.

Opus quod operatus es in diebus eorū, & in diebus antiquis.

Tu manu tua gentes disperdidisti & ipsos plantasti, afflixisti populos & ipsos extendisti.

Nec enim in gladio suo possederunt terram, & brachium eorū non saluauit eos: Sed dextera tua & brachiū tuū & illuminatio uultus tui, quoniam cōplacuit tibi in ipsis.

II.  
Ecclesiam seruari nō humanis uiribus, sed diuinitus.

LIBER

III.

Causæ cur seruetur Ecclēsia, quia ipsam ele- git, & quia promissit ei salutem.

IIII

Petit auxi- lium con- tra Tyran- nos.

V.

Gratiarum actio pro priori libe- ratione.

VI.

Antithesis, antea libe- rasti, cur nunc dese- ris?

VII.

Longa que rela qua commemo- rantur ma- la.

TV es rex meus o Deus qui promissit salutem Iacob, Per te ini- micos nostros euertemus, & in nomine tuo proculcabitur insur- gentes contra nos.

Non enim in arcu meo spera- bo, & gladius meus non saluabit.

Saluasti enim de affligentibus nos, & odientes nos confudisti.

Deum laudabimus tota die, et in nomine tuo confitebimur in se- cula, Sela.

NVnc autem cur repulisti & confudisti nos, & non egrederis Deus cum exercitibus nostris?

Fugari nos permisisti ab inimi- cis nostris, & ab osoribus nostris diripi nos.

Dedisti nos tanquam oues in escam, & inter gentes dispersisti nos.

Vendidisti populum tuum sine precio, & precium eorum non multiplicasti.

Posuisti nos opprobrium uici- nis



nis nostris, subfannationē & deri-  
sum his. qui sunt in circuitu no-  
stro.

Posuisti nos in prouerbiū gen-  
tibus, commotionē capitis inter  
populos.

Tota die ignominia mea corā  
me est, & confusio faciei meae co-  
operuit me.

Propter uocem exprobrantis  
& blasphemantis, & faciem ini-  
mici & persequentis.

HAEC omnia uenerunt super  
nos, nec obliti sumus te, & inique  
non egimus in testamento tuo.

Et nō recessit retro cor nostrū,  
neque declinauit gressus noster a  
semita tua.

Quod contriuisisti nos in loco  
draconū, & cooperuisti nos um-  
bra mortis.

Si obliti essemus nominis Dei  
nostrī, & si expādissemus manus  
nostras ad Deum alienum.

Nonne Deus requireret istas?

VIII.  
Cur Eccle-  
sia sit subie-  
cta cruci  
cum obe-  
diat Deo.



LIBER

ix. Ipse enim nouit abscondita cordis.  
 Doctrina Quoniã propter te mortificar  
 de confes- mur tota die, estimati sumus sicut  
 sione. oues occisionis.  
 Rom. 8.

x. EXurge, quare obdormis DO  
 Petitio ut MINER expergiscere & ne repele  
 Ecclesia li- as in perpetuum.  
 beretur à

sequitia dia- Quare faciem tuam abscondis?  
 boli & ty- Obluisceris afflictionis nostrę et  
 rannorum. tribulationis nostrę?

xi. Quoniam incuruata est in pul  
 uerem anima nostra, adhæret ter  
 ræ uenter noster.  
 Causa auxi  
 lij, miseri-  
 cordia pro  
 missa.

Exurge, adiuua nos, & redime  
 nos propter misericordiam tuã.

XLV.

Totus Psalmus est Prophetia de Messia promif-  
 so, narrans quis sit, quale sit eius regnum, & quæ bo-  
 na populo Dei exhibeat. Deinde alloquitur Eccle-  
 siam ut hunc regem audiat, & commemorat eam  
 habituram ingentem gloriã, sed simul impios gras-  
 saturos esse in eam, sed hunc Messiam uictorem fo-  
 re, & habiturum regnum æternum.

EPITHALAMIVM VEL ERVDI-  
 tio filiorum Chore ad præcinendum  
 de lilijs.

Eru-

ERUCIAUIT cor meum uerbum  
bonū, dico ego opera mea re-  
gi, Lingua mea calamus scribē ue-  
lociter scribentis.

Propositio,  
canam de  
Rege Mes-  
sia promi-  
so.

Speciosus forma præ filiis ho-  
minum, diffusa est gratia in labiis  
tuis, propterea benedixit te Deus  
in æternum.

II.  
Quis sit &  
quæ dona  
afferat, gra-  
tiam & be-  
nedictionē.

Accingere gladio tuo super fe-  
mur tuum, potentissime, gloria  
tua & decore tuo.

III.  
Prælia & ui-  
ctoriæ re-  
gis.

Et in decore tuo prosperare, &  
equita super uerbū ueritatis et af-  
flictionis, propter iusticiam, et do-  
cebit te dextera tua mirabilia.

Sagittæ tuæ adeo acutæ, ut po-  
puli sub te cadant in medio inimi-  
corum regis.

Vis uerbi.

Sedes tua Deus in seculū secu-  
li, Sceptrū regni tui, sceptrū rectū.

IIII.  
Regnum æ-  
ternum hu-  
ius regis.

Dilexisti iusticiam et odisti im-  
pietatem, propterea unxit te De-  
us Deus tuus oleo laticiæ præ  
confortibus tuis.

V.  
Quale re-  
gnum, in  
quo deletio  
peccato, iu-

Myrrha et aloës et casia om-  
nia

fficia, spiritus sanctus & uita æterna dona-  
tur.

V I.

Virtutes & dona regis in Ecclesia quæ est regina.

V I I I.

Messias homo & Deus.

I X.

Vocatio gentium.

X.

Cultus noui Testamēti, non externus, sed spiritualis.

nia uestimenta tua, è domibus eburneis, ex quibus delectant te.

Filię regū in honore tuo, Astat regina à dextris tuis in uestitu deaurato.

(( VII. Admonitio de applicatione, quomodo hunc regem cum suis beneficijs consequamur, & prædicat legem abrogandam, & Ecclesiam colligendam ex Iudæis & gentibus, & solum Christū adorandum.

(( AVdi filia, & uide & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui.

Et concupiscet rex decorē tuū, quoniā ipse est D O M I N U S tuus, & adorabis eum.

Et filia Tyri cum muneribus aderit, uultum tuum deprecabuntur diuites plebis.

Omnia gloria filię Regis ab intus, uestimentum simbrijs aureis.

Acupictis uestibus adducetur Regi, uirgines post eam, & amici eius adducuntur tibi.

Adducuntur in læticia, & exultatione

tatione ingredientur in templum  
Regis.

Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, constitues eos principes super omnem terram.

Memor ero nominis tui in omni generatione & generationem, Propterea populi confitebuntur tibi in æternū, & in seculū seculi.

## XLVI.

Gratiarum actio pro defensione Ecclesie, & consolationes fore ut porro defendatur.

AD PRÆCINENDVM,  
*filiorum Chore de Iuuentute*  
*Canticum.*

DEUS nostra spes & fortitudo, auxilium in tribulationibus, quæ inuenerunt nos ualde.

Propterea non timebimus etiam si turbabitur terra, & ruant montes in medium maris.

Etiam si fremant & conturbentur aquæ eius, & montes concutiantur à tumore eius, Sela.

Flumen riuulis suis latificat ei

XI.

Promissio, ministeriū Euangelij perpetuum fore per totum orbem sparsum.

I.

Propositio qua & gratias agit & promissionem nobis proponit.

II.

Consequens & applicatio propositionis.

III.

Imperiorū fremitus contra Ecclesiam.

IIII.

Flumen mi

nisterij ueritate Dei, sancta tabernacula al-  
bi mansu- tiffimi.  
rum.

v.

Ecclesiam mouebitur, adiuuabit eam Deus  
feruari de- mane.

letis impijs  
gentibus.

vi.

Repetitio  
propositio-  
nis & grati-  
arū actio.

vii.

Ecclesia a-  
gnoscat mi-  
randas libe-  
rationes.

viii.

Obiurgatio  
taxans dif-  
fidentiam  
& trepida-  
tiones.

ix.

Causa cur  
non sit tre-  
pidandum.

Deus in medio eius non com-  
Conturbatae sunt gentes, & in-  
clinata sunt regna, cum dat uocē  
suam mouetur terra.

DOMINVS exercituū nobil-  
cum, refugiū nostrū Deus Iacob.

VENITE & uidete opera DO-  
MINI, quod posuit desolationes  
super terram, auferens bella usq;  
ad finem terrae.

Arcum conteret & confringet  
arma, & currus comburet igni.

Vacate & uidete, quoniam ego  
sum Deus, & exaltabor in gen-  
tibus, & exaltabor in terra.

DOMINVS exercituū nobil-  
cū, susceptor noster Deus Iacob.

XLVII.

Gratiarum actio est, & triumphale carmen, testi-  
ficans Deum constitutum regnum Messiae & col-  
lecturum Ecclesiam aeternam, liberandam a pecca-



to, morte, tyrannide Diaboli, & ab omnibus calamitatibus, & hunc Messiam esse Deum, quem iubet agnosci & excipi à principibus & gentibus.

AD PRÆCINENDVM, PSAL-  
mus filiorum Chore.

OMnes populi plaudite manibus, iubilare Deo in uoce exultationis. I.  
Propositio,  
agite gra-  
tias.

Quoniam DOMINVS excelsus terribilis, Rex magnus super omnem terram. II.  
Rationes.  
I.

Subiecit populos nobis, & gētes sub pedibus nostris. II.

Elegit nos hæreditatem suam, magnificentiam Iacob quam dilexit, Sela.

Quia Messias Deus se patefecit nobis in uoce Euangelij. III.

Ascendit Deus in iubilo, DOMINVS in uoce tubæ. Rex colendus docendo, discendo, profitendo uerbum ipsius & recte intelligendo.

Pfallite Deo nostro, pfallite, pfallite regi nostro, pfallite. IIII

Quoniã Rex omnis terræ Deus, pfallite sapienter. De uoca-

Regnaui Deus super gētes, De



## LIBER

tione gētū. us sedet super sedem sanctam suā  
 v. Principes populorum congre-  
 Deuocatio gati sunt cum populo Dei Abra-  
 ne princi- ham, quoniam Deus à k protecto-  
 pum. ribus terræ uehementer eleuatus  
 k scutis. est.

## XLVIII.

Gratiarum actio pro ingentibus beneficijs, quod  
 Deus certis testimonijs se patefecerit, dederit pro-  
 missiones, instituerit cultum, delegerit locum, ut sci-  
 ri posset ad posteritatem, Vbi sit & ubi mansura sit  
 Ecclesia, ibi nempe, ubi uerbum ex Sion sonabit.

PSALMVS CANTICI FILIO-  
rum Chore.

- i. Gratiarum actio. **M**agnus DOMINVS & lau-  
 dabilis ualde, in ciuitate Dei  
 nostri in monte sancto eius.
- ii. Encomium Ecclesiæ & consolatio. Formosus ramus & gaudium  
 uniuersæ terræ mons Zion, in la-  
 teribus aquilonis, ciuitas Regis  
 magni.
- iii. Deus cus- tos Eccl. Deus in palatijs eius cognosce-  
 tur quod ipse sit refugium.
- iiii. Cōsolatio, reges admi- rantur Ec- clesiam, & eam non **Q**uoniam ecce reges terræ con-  
 gregati sunt, conuenerunt in unū.  
 Ipsi uidentes sic admirati sunt,  
 con-

conturbati sunt, commoti sunt.

Tremor apprehendit eos, Ibi dolores ut parturientis.

In uento orientali conteres naues Tharsis.

Sicut audiuimus, sic uidimus in ciuitate DOMINI exercituū, in ciuitate Dei nostri, Deus fundauit eam in æternum Sela.

Expectamus Deus misericordiam tuam, in medio templi tui.

Secundum nomen tuū Deus, sic & laus tua in fines terræ, iustitia plena est dextera tua.

VII. Adhortatio ad gratiarū actionē.

LAETetur mōs Zion & exultent filii Iudæ propter iudicia tua.

Circumdate Zion, & completimini eā, numerate tures eius.

Ponite corda uestra ad munionē eius, et exaltate pallatia eius ut narretis ea in progenie altera.

Quod hic Deus sit Deus noster in æternū & in seculum seculi, ipse regit nos sicut iuuentutem.

possunt delere.

Peribunt hostes Ecclesie.

V.

Vt sonant promissiones, ita Deus ipso facto tuetur Ecclesiam æternam.

VI.

Peritio remissionis peccatorū, reconciliationis & uitæ æternæ, & ut Ecclesia ac politica seruentur.

VIII.

Præceptum de diligenda, ornanda, seruanda & defendenda Ecclesia.

LIBER  
XLIX.

Consolatio Ecclesiae & singulorum piorum ad-  
uersus scandalum crucis, ne florentibus impijs in-  
digneatur pij, ut est Psalmus 4. & 37. Docet enim  
Psalmus articulum de eterna uita & futuro iudicio,  
ubi perditis impijs, fruuntur pij aeterna gloria.

AD PRAECINENDVM FILIO-  
rum Chore,  
PSALMVS.

- I. Exordium & locus at-  
tentio-  
nis, Conciona-  
bor de re  
omniu ma-  
xima, de fu-  
turo iudi-  
cio, & uita  
aeterna.
- AVdite haec omnes gentes, auribus percipite omnes, qui habitatis orbem.  
Tam uulgus, quam superiores, simul in unum diues & pauper.  
Os meum loquetur sapientiam, & meditatio cordis mei prudentiam.  
Inclinabo in parabolam aurem meam, aperiam in Psalterio aenigma meum.
- II. Propositio.
- Cur timebo in die mala, quando iniquitas conculcantium me, circumdabit me?
- III. Consolatio a suo exemplo.
- Qui confidunt in diuitijs suis, & in multitudine diuitiarum suarum gloriantur.  
Frater non redimedo, redimet quem-
- III. Ratio constans Antithesi, impij

quenquam: Non dabit Deo placationem suam.

Quia preciosa est redemptio animæ suæ, ita ut omittere cogatur in æternum.

Etiamsi uiuat in perpetuum, et non uideat interitum.

Quoniam uidebit tam sapientes morientes, simul insipiens & stultus peribunt, & relinquent alienis diuitias suas.

Hoc est cor eorū, quod domus eorum sint perpetua, & habitatio nes eorum in progenie & progenie, & nomen eorum sit illustre super terram.

Sed homo in honore non durabit, similis factus est iumentis quæ intereunt.

Hæc est uia illorū cum sit stultitia, Posteriores tamē eorum ore suo laudabunt, Sela.

Sicut oves in inferno positi sunt, mors depascet eos, Et dominabuntur eorum iusti propediē,

peribunt, nec se epibus suis ab interitu uia dicare poterunt.

v.  
Reprehensio.

Mundus iudicat sapientiam, summam quæ-rere opes, cum sit stultitia.

vi.  
Concionatur de futuro iudicio.

vii.  
Pœna impiorum.

LIBER

& fortitudo eorum ueterascet, & infernus habitatio eorum.

VIII.  
Econtra,  
pij liberabũ  
tur in mor-  
te ab ærum  
nis, & orna-  
buntur æ-  
ternis bo-  
nis.

VERuntamē Deus redimet a-  
nimam meam de manu inferni,  
Quoniam suscipiet me, Sela.

Ne timueris cum diues factus  
fuerit homo, & cum multiplicata  
fuerit gloria domus eius.

Quoniam cum interierit non  
sumet omnia, neque descendet cū  
eo gloria eius.

Luc. 16.  
Parabola  
de diuite  
Epulone.

Quia anima eius in uita ipsius  
benedicta est, laudabit te, quod  
benefeceris ei.

Pœna im-  
piorum.  
Epiphone-  
ma.

Introibit usque in progenies  
patrum suorum, & usque in æter-  
num non uidebunt lumen.

Homo cum in honore esset nō  
intellexit, comparatus est iumen-  
tis insipientibus quæ intereunt.

L.

Insignis Psalmus est, monstrans discrimē cultus  
& ceremoniarum. Estque narratio, in qua Deus mi-  
natur iram & pœnas hypocritis: qui cum ignorent  
ueros cultus, fidem & ueram inuocationem, interea  
iactitant se esse populum Dei propter Ceremonias,  
& has



& has anteferūt omnibus alijs operibus, uel stabi-  
liendæ potentiaē suæ causa, uel propter quæstū, uel  
ut mereantur remissionem peccatorum.

## PSALMVS ASSAPH.

**F**ortis Deus **DOMINVS** lo- I.  
cutus est, & uocauit terram, Exordium.  
A solis ortu usque ad occasum. Deus loqui-  
Ex Zion pulcherrimus splen- tur, ergo fi-  
dor Dei fulget. tis attenti.

Veniet Deus noster & non fi- II.  
lebit, Ignis consumens coram eo, Prophetia  
& in circuitu eius tēpestas ualida. de inuulgā  
Aduocauit coelū de sursum, & do Euange-  
terrā ad iudicandū populum suū. lio ex Sio-  
ne, non ex

Congregate mihi sanctos me- Sinai.  
os qui seruant testamentum meū Id est, qui  
super sacrificia. præcepta  
Et annuntiabunt coeli iusti- de sacrifi-  
ciam eius, quoniam Deus iudex cijs, non re-  
est, Sela. cte intelli-  
gunt.

Audi legem ut me timeas, & uocem Euangelij,  
ut fiducia Mediatoris me accedas, credas te mihi  
placatum, & præstes opera moralia fide prælucen-  
te, & Ceremonias tanquam signa confessionis, ut  
te & alios commonefaciant, non ut mereantur re-  
missionem peccatorum. Deus tuus ego sum, id est,  
uerè te recipiēs, curās, dās præsentia & æterna bona.



LIBER

III. AVdi populus meus, & loquar  
Propositio. Israel, & testificabor in te, Deus  
Deus tuus ego sum.

IIII. Externus  
ritus sacrificiorum nō  
meretur remissionem  
peccatorū, sed Messiae  
sacrificium  
unicum. Non propter sacrificia tua ar  
guam te, quia holocausta tua in  
conspectu meo sunt semper.

Nō accipiam de domo tua bo  
uem, neq; de stabulis tuis hircos.

Quoniam meae sunt omnes fe  
rae sylvarum, & iumenta in mon  
tibus millia.

Cognoui omnia uolatilia mō  
tium, & pēcora agri mecum sunt.

Si esuriero non dicā tibi, Meus  
est enim orbis terrarum, & pleni  
tudo eius.

V. Nunquid manducabo carnes  
Quae sacri- taurorum, aut sanguinem hircor  
ficia sint rum potabo?  
grata Deo.

VI. Præceptum  
& promissio. Immola Deo sacrificium laur  
dis, & redde altissimo uota tua.  
Et inuoca me in die tribulatio  
nis, eruam te, et honorificabis me.

VII. Antithesis,  
& obiurga- Impio autem dixit Deus, qua  
re tu enarras statuta mea, & assu  
mis

mis testamētum meū per os tuū: tio hypocri-  
tarum.

Tu uero odisti disciplinam, & VIII.  
Tales erant  
pharisæi, &  
proiecisti sermones meos retror-  
sum.

Si uidebas furem currebas cū hoc tempo-  
re sunt Ca-  
nonici, Sa-  
cificuli &  
Monachi,  
eo, & cum adulteris portio tua.

Os tuum abundauit malicia, quorū cru-  
delitas hic  
accusatur.  
& lingua tua concinnabat dolos.

Sedens aduersus fratrem tuū  
loquebaris, & filium matris suæ  
calumniabaris.

Hæc fecisti & tacui, Nunquid IX.  
Commina-  
tio.  
existimasti me similem esse tibi:

arguam te & statuam ante ocu-  
los tuos.

Intelligite quæso hæc qui obli-  
uiscimini Deum, ne quando rapi-  
am & non sit qui eripiat.

Offerens laudem honorifica-  
bit me, & ibi uiam ostendam illi X.  
Conclusio  
cōprehen-  
dens sum-  
mam Psal-  
mi.  
in salutare Dei.

## LI.

Ardentissima oratio pro remissione peccatorū,  
docens unde sit peccatum, quid sit, & quomodo tol-  
latur. Quomodo regeneremur, & qui cultus place-  
ant Deo.

Ad

## LIBER

## AD PRAECINENDVM,

2. Reg. 12. *Psalmus David, cum uenit ad eum Nathan propheta, postquam intrauit ad Bethsabe.*

1. **Propositio,** Remitte mihi peccata, nō propter meā dignitatem, sed propter tuam misericordiam promissam. **M**iserere mei Deus, secundū misericordiam tuā, Et secundū multitudinem miserationū tuarum, dele iniquitatem meam.

Amplius laua me ab iniquitate mea, & à peccato meo mūda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meū coram me est semper.

11. **Ratio,** quia agnoscentibus peccata sua, & cōfugietibus ad misericordiā tuā promissisti remissionē propter Mediatorem. **a** Tristis querela, fateor me peccasse, atque ideo fateor, ut cū accusas & punis nos ut peccatores, dicaris recte facere, & iustus esse, & cum ab Hypocritis iudicaris & damnaris ut crudelis, qui bonos & innocentes (ut sibi uidentur) punias, ut uincas, & inueniaris mundus, qui nemini iniuriam facias cum omnes sint rei & peccatores, in peccatis concepti & nati.

**a** Tibi, tibi soli peccaui & malū corā te feci, ut iustificeris in sermonibus tuis, & sis mundus cum iudicaris. **Ecce**

Ecce enim in iniquitatibus cōceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Vnde peccatum, & quæ eius rapit me mater mea. dix, malum, nempe originis.

b v Grata tibi est confessio peccati, ueritas in occulto, est peccatum quod lege reuelatur. Sapientia abscondita, est gratuita remissio peccatorū propter Mediatorem, hanc manifestat uox Euangelij. 1. Corinth. 2.

b Ecce ueritate delectaris quæ in occulto est, & sapientiam absconditam manifestasti mihi.

c vi. Quomodo tollatur peccatū, a spersione sanguinis Messiae, Alludit autē ad typū uaccæ ruffe. Numc. Cap. 19.

c Expiabis me hyssopo & mundabor, lauabis me, & super niuē dealbabor.

Auditui meo dabis gaudium & letitiam, & exultabūt ossa quæ contriuiisti.

Auerte faciem tuam à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele.

d ix. Petitio effectūū regenerationis. Primum petit fidem accendi per quam cor purificetur. Deinde spiritum firmū &

vii. Effectus fidei Rom. 5. Iustificati fide pacem habemus.

viii. Repetit petitionem.

LIBER

& certum, nō dubitantem de Dei erga se bonitate. Tertio ne à regenerato auferatur Spiritus sanctus, à quo ducatur, regatur, ut obediat Deo. Quarto petit spiritu spontaneo sustentari, idest, ut spōte & placide obtemperet Deo in afflictionibus, non fremat aduersus Deum.

*d* COR mundum crea in me Deus, & spiritum firmum in uisceribus meis.

Ne proijcias me à facie tua, & spiritum sanctum tuum ne auferas à me.

Redde mihi lætitiā salutaris tui, & spiritu spontaneo sustenta me.

x.  
Promittit se gratum fore & maxime in cōseruāda & propugnāda doctrina.

Docebo iniquos uias tuas, ut peccatores ad te conuertantur.

*e* xi. Deprecatur reatū homicidij seu ipsam pœnam homicidij, ne interficiatur, nec abijciatur in æternas pœnas, ut Saul, Achitophel & similes.

*e* Libera me de sanguinibus Deus Deus salutis meæ, & exultabit lingua mea iusticiam tuam.

*f* Repetit commemorationē de referenda gratia & simul in docendo



& in confessione se adiuuari petit.

f Domine labia mea aperies, et os meum annunciabit laudem tuam.

Quoniam non delectaris sacrificio, alioqui dedissem, holocaustis non delectaris.

XIII.  
Quæ sacrificia placeant Deo.

Sacrificium Deo spiritus contritus, cor contritum & humiliatum Deus non despicias.

Benigne fac in uoluntate tua Zion, ut ædificentur muri Hierusalem.

XIIII.  
Precatio pro tota Ecclesia.

Tunc acceptabis sacrificium iusticie, oblationes & holocausta, tunc imponent super altare tuum boues.

LII.

Consolatio Ecclesiæ & piorum contra Tyrannos, qui pios persequuntur, quibus comminatur certum exitium, & prædicit fore ut Ecclesiæ & pij seruentur.

AD



## LIBER

## AD PRAECINENDVM

1. Reg. 22.

Eruditium Dauidis, cum uenit Doeg  
Idumeus & nunciauit Sauli & dixit  
ei, Venit Dauid in domum  
Achimelech.

x.  
Increpatio.

ii.

Narratio.

Quid gloriaris in malicia, tu po-  
tens: cum misericordia Dei du-  
ret tota die, prauitatem cogitauit  
lingua tua, sicut nouacula acuta  
fecisti dolum.

Dilexisti maliciam super boni-  
tatem, falsitatem magis quam lo-  
qui iusticiam, Sela.

Dilexisti omnia uerba perdi-  
tionis lingua dolosa.

iii.

Commina-  
tio

Propterea Deus destruet te in  
aeternum, conteret te & euellet te  
de tabernaculo, & radicem tuam  
de terra uiuentium, Sela.

iiii.

Consolatio  
piorum.

Videbunt iusti & timebunt,  
& super eum ridebunt.

Ecce homo qui non posuit De-  
um fortitudinem suam.

Sed sperauit in multitudine di-  
uitiarum

uitiarum suarum, & praua luit in  
prauitate sua.

EGO autem sicut oliua, fructi-  
fera in domo Dei, speraui in mise-  
ricordia Dei in æternum, & in se-  
culum seculi.

Confitebor tibi in seculū, quia  
fecisti, & expectabo nomen tuū,  
quoniam bonum est in conspe-  
ctu sanctorum tuorum.

## LIII.

Est concio uniuersalis de pœnitentia, & grauissi-  
ma accusatio totius naturæ humanæ, quod sit igno-  
ra Dei, cōtemnat Deum. Deinde peculiariter obiur-  
gat Phariseos & Hypocritas, deglubentes populū  
Dei. In fine consolatio & prophetia est de uenturo  
Messia, & Euangelio ex Sione propagando, ut osten-  
dat per quem hæc prauitas naturæ sit restituenda,  
& captiuitas legis, peccati & mortis destruenda.

## AD PRÆCINENDVM,

Eruditium Davidis super  
Mahalach.

Dixit insipiens in corde suo, nō  
est Deus, Corrupti sunt & a-  
bominabiles facti sunt iniquita-

v.  
Antithesis,  
euerfis im-  
pijs flore-  
bunt pij.

VI.  
Gratiarum  
actio.

I.  
Narratio  
qua descri-  
bitur natu-  
ra humana  
nō regene-  
rata.

LIBER

Sap. 4.

Roman. 3.

Esaie. 53.

tibus, non est qui faciat bonum. Deus de cœlo prospexit super filios hominū, ut uideat si est intelligens aut requirens Deum.

Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est usq; ad unū.

II.

Obiurgatio scribarum & Phariseorum.

Matth. 23.

Luc. 11.

Nonne scient omnes qui operantur iniquitatem, qui deuorant plebem meam, deuorant ut cibū panis, Deum non inuocauerunt.

Illic trepidauerunt timore, ubi non erat timor, Quoniam Deus dissipauit ossa exactorum, confusi sunt, quoniam Deus abominatur eos.

Prophetia de dispersione Synagogæ.

III.

Prophetia de Christo & Euangelio ex Sionne mittendo.

Quis dabit ex Zion salutare Israel: Cum conuerterit Deus captiuitatem plebis suæ, exultabit Iacob & lætabitur Israel.

L IIII.

Oratio cōtra hostes Ecclesiæ & piorum. Sunt autem duo insignia Exempli hic proposita in Dauide, alterū liberationis expericulis, Alterum patientiæ subditorum contra iniuriam Magistratum.

Erudi-

ERVDITIVM DAVIDIS, 1.Reg. 23.

ad præcinendum in fidibus, cum uenis & 26.

sent Ziphei & nunciassent Sauli, non-

ne Dauid absconditus est a-

pud nos?

DEUS in nomine tuo saluū me Petito au-  
fac, & in uirtute tua iudica xlij.

me.

Deus exaudi orationem meam,  
auribus percipe uerba oris mei.

Quoniam alieni insurrexerunt  
aduersum me, & fortes quæsie-  
runt animam meam, & non pro-  
posuerunt Deum ante conspectū  
suum, Sela.

II.  
Ratio & ex-  
aggeratio  
periculi.

ECCE enim Deus adiuuat me,  
& Dominus susceptor est animæ  
meæ.

II.  
Cōsolatio.

Redde malum inimicis meis, &  
in ueritate tua disperde illos.

IIII.  
Commina-  
tio.

Tunc uoluntarie sacrificabo ti-  
bi, & confitebor nomini tuo DO-  
MINE, quoniam bonum est.

V.  
Gratiarum  
actio.

Quoniā ex omni tribulatione  
eripuisti me, & sup̄ inimicos me-

LIBER  
os despexit oculus meus.

LV.

Oratio contra hostes Ecclesiæ, qui tamen se amicos & pios non odisse simulant, transfertur autem Psalmus ad Iudam proditorem. Habet autem Ecclesia multos Iudæ similes, contra quos assiduo orandum est.

ERV DITIVVM DAVIDIS  
ad præcinendum in fidibus.

I.  
Propositio  
precatio-  
nis.

EXaudi Deus orationem meam,  
& ne abscondas te à deprecatione mea.

Intende mihi & exaudi me quia  
lamentor in deprecatione mea, et  
perturbor.

II.  
Ratio.

Propter uocem inimici, & propter  
tribulationem impij: Quonia  
declinauerunt, in me iniquitates,  
& in ira oderunt me.

III.  
Narratio  
& querela  
qua comemorat  
ingentes erunas  
suas.

Cor meum conturbatum est in  
me, & formido mortis cecidit super  
me.

Timor & tremor uenerunt super  
me, & operuit me horror.

a alam.

Et dixi, Quis dabit mihi a pen-  
nas



nas sicut columbæ, ut uolem & requiescam.

Ecce longe migrarem fugiens, & manerem in solitudine, Sela.

Festinarem ut euaderem à uento turbinis & tempestatis.

Dissipa DOMINE, diuide linguas eorum, quoniam uidi inuersionem & contradictionem in ciuitate.

iiii.  
Precatur  
impediri  
consilia ho-  
stium.

Die ac nocte hæc circumdabit eam super muros eius, & iniquitas, labor in medio eius.

Et iniusticia in medio eius, Et nõ defecit in plateis eius fraus et dolus.

QUONIAM si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem utique. Et si is, qui oderat me, super me magna locutus fuisset, abscondissem me forsitan ab eo.

v.  
Amplifica-  
tio sceleris.

Tu uero homo collega meus, dux meus & notus meus.

Qui simul mecum dulce capiebamus consilium, in domo dei



## LIBER

ambulabamus simul.

VI. Imprecatio  
contra bla-  
sphemos. Veniat mors super illos, & de-  
scendant in infernum uiuentes,  
Quoniam nequitiae in habitacu-  
lis eorum, in medio eorum.

VII. Consolatio  
et exēplum  
nos simili-  
ter inuocā-  
tes seruari. EGO autem ad Deum clama-  
ui, & Dominus saluabit me.  
Vespere & mane & meridie la-  
mentabor & perturbabor, & ex-  
audiet uocem meam.

Redimet in pace animam meā  
ab his qui appropinquant mihi,  
quoniam multi erant aduersum  
me.

VIII. Redit ad  
narrationē  
scelerū ho-  
stium. Exaudiet Deus, & humiliabit  
illos, qui est ante secula, Sela.  
Non enim conuertuntur & nō  
timuerunt Deum.

Miserunt manus suas in pacifi-  
cos illius, Contaminauerunt te-  
stamentum eius.

Mollius fuit quam butyrū os  
eius, & praelium cor eius, leniores  
sunt sermones eius, quam oleum,  
& tamen sunt gladij.

ix. Insignis consolatio sæpe repetita  
Matthæi 11. Lucæ 12. 1. Pet. 5.

ACTA super DOMINVM c cui c onus.  
ram tuam & ipse te d enutriet, et d sustenta-  
bit.  
non dabit in æternum fluctuatio-  
nem iusto.

Tu uero Deus, deduces eos in x.  
puteum interitus, Viri sanguinū Repetit im-  
dolosif non dimidiabunt dies su- precatio-  
os, ego autem sperabo in te. nem.

LVI.

Oratio pro liberatione, et cōsolatio,  
sicuti David orans liberatur, ita & nos  
petamus liberationē & fide expectem⁹.

AD PRÆCINENDVM

Michtam Aureum Davidis, de colum- 1. Reg. 21.  
ba muta inter alienos. cum cape-  
rent ipsum Philisti in  
Gath.

Miserere mei Deus, quoniam 1.  
conculcauit me homo, tota Oratio.  
die impugnans tribulauit me. 11.  
Ratio.

Conculcauerūt me inimici mei  
tota die, quoniam multi bellige-  
rant superbe aduersum me.

## LIBER

Quando timebo, ego in te sperabo.

XII.  
Cōsolatio.

In Deo laudabo uerbum eius, in Deo sperabo, nō timebo, quid faceret mihi caro?

Comme-  
morat peri-  
cula.

Tota die uerba mea calumniātur, aduersum me omnes cogitationes eorum in malum.

Congregantur & infidiantur, ipsi calcaneum meum obseruant, cum expectant animam meam.

Propter iniquitatem erit ne illis euasior in ira populos confringes Deus.

V.  
Cōsolatio.  
dulcissima

Fugam meam tu numerasti, posuisti lachrymas meas in utrem tuū, nunquid non in numero tuo sunt?

Tunc conuertētur inimici mei retrorsum, In quacūque die inuocauero te, ecce cognoui quoniam Deus meus es tu.

VI.  
Gratiarum  
actio.

In Deo laudabo uerbum, DOMINO laudabo sermonem.

In Deo speraui, non timebo,  
quid

quid faceret mihi homo.

In me sunt Deus uota tua, red-  
dam laudationes tibi.

Quoniam eripuisti animam  
meã de morte, & pedes meos de  
lapsu, ut ambulem coram Deo in  
lumine uiuentium.

LVI.

Eiusdem argumenti.

AVREVM DAVIDIS AD 1. Reg. 22.  
& 24.

*præcinendum ne periret, cum fugeret  
à facie Saul in speluncam.*

**M**iserere mei Deus, miserere  
mei, quoniam in te confidit  
anima mea, Et in umbra alarum  
tuarum sperabo, donec transeat  
iniquitas.

I.  
Propositio,  
libera me.

II.  
Ratio, quia  
credo &  
spero in te.

Clamabo ad Deum altissimũ,  
Deum consumentem quod con-  
tra me est.

Misit de cœlo & liberauit me,  
dedit in opprobrium conculcan-  
tes me, Sela. Misit Deus miseri-  
cordiam suam & ueritatem su-  
am.

III.  
Consolatio  
ante libera-  
sti, Ergo &  
iam nõ de-  
feres.

LIBER

IIII. Anima mea in medio leonum  
 dormit, Filij hominū sunt flammę,  
 Narratio periculo- dentes eorum lanceę & sagittę,  
 rum. & lingua eorum gladius acutus.

Precatio. Exaltare super cęlos Deus, et  
 super omnem terram gloria tua.

VI. Laqueum parauerunt gressi-  
 Prędicat hostibus bus meis, & incuruauerunt ani-  
 certum exitium. mam meam, Foderunt ante fa-  
 ciem meam foueam, & inciderunt  
 in eam Sela.

VII. PARatum cor meū Deus, para-  
 Gratiarum tum cor meum: cantabo & Psal-  
 actio pro li mum dicam.  
 beratione.

a Exurge a gloria mea, exurge  
 Id est, Psal- Psalterium & cythara, exurgam  
 teriū & cę- diluculo.

ticum, quo Confitebor tibi in populis Do-  
 Deum glori mine, & Psalmum dicam tibi in  
 fico. gentibus.

VIII. Quoniam magnificata est ul-  
 Precatio. que ad cęlos misericordia tua, et  
 usque ad nubes ueritas tua.

Exaltare super cęlos Deus, &  
 super omnem terram gloria tua.

## LVIII.

Eiusdem Argumēti, Consolatio irri-  
tos esse furores hostium Ecclesiæ & pio-  
rum, & illis perditis seruari Ecclesiam.

AVREVM DAVIDIS AD  
*præcinendum ne periret.*

**N**unquid plane muti estis ut  
iusticiam loquamini, & recte  
iudicetis filij hominum?

I.  
Increpatio  
hostium  
grauissima

Etiam contra cor iniquitates  
operamini in terra, iniusticias ma-  
nus uestræ concinnant.

II.  
Descriptio  
furoris ho-  
stium, per-  
sequentium  
manifestā  
ueritatem

Peruerſi sunt impij à uulua, er-  
rauerunt ab utero, loquentes mē-  
daciū.

ut olim  
Pharisæi &  
nūc Episco-  
pi.

Furor illis secundum similitu-  
dinem serpentis, sicut aspidis fur-  
dæ, & obturantis aures suas.

Ne exaudiat uocem incantan-  
tium, & uenefici incantantis sapi-  
enter.

**D**Eus contere dentes eorum  
in ore ipsorum, molares leonum  
confringe **DOMINE.**

III.  
Precatio.

Liquiescent tanquam aqua de



LIBER

xiii.
Depingit ir-  
ritos furo-  
res hostiū  
quinque si-  
militudini-  
bus.
currens, intendunt sagittas suas,  
sed franguntur.
Sicut cochlea liquecens per-  
transibunt, & sicut abortiuū mu-  
lieris non uidebunt solem.

a v.
Consolatio  
& promif-  
sio de futu-  
ra liberatio  
ne piorum  
& pœnis  
impiorum.
Priusquam crescent spinæ ue-  
stræ in Rhamnum, sic uiuētes sic  
ira absorbebit eos.

a
Lætabitur iustus cum uiderit  
uindictam, pedes suos lauabit in  
sanguine impij.

Et dicet homo, utiq; est fructus  
iusto, utiq; est Deus iudicans in  
terra.

LIX.

Oratio & gratiarum actio pro liberatione, Plerę  
que uero historiæ, afflictiones & liberationes Dau-  
dis, sunt typus Christi & totius Ecclesiæ. Quare ora-  
tio est contra hostes Ecclesiæ, omnium temporum,  
quibus eadē mala euētura sunt, quæ superioribus  
temporibus hostibus acciderunt, de quibus concio  
natur hic Psalmus.

1. Reg. 19.
AVREVM DAVIDIS AD  
præcinendum ne periret, cum mitteret  
Saul ad custodiendum domum  
ut interficeret eum.

ERipe

**E**Ripe me de inimicis meis Deus meus, & ab insurgentibus in me, libera me. I.

Eripe me de operantibus iniquitatem, & de uiris sanguinum salua me. Propositio precatio- nis, prote- ge & serua me.

Quia ecce insidiati sunt anime mee, congregati sunt contra me fortes, Non propter transgressio- nem meam, non propter pecca- tum meum **DOMINE**. II.

Sine iniquitate mea concurrant & parant se, Exurge in occursum meum & respice me. Ratio quia sum inno- cens.

**ET** ut **DOMINE** Deus exercituum Deus Israel, Expergiscere ad uisitandas omnes gentes, non miserearis omnibus qui operantur iniquitatem, Sela. III.

Conuertantur ad uesperam & ululent ut canes, & circumeant ciuitatem. Repetitio propositio- nis.

Ecce loquuntur in ore suo, & gladius in labijs eorum, quonia quis audiret? IIII.

## LIBER

v.  
Precatio. AT tu DOMINE deridebis  
eos, & subsannabis omnes gētes.  
Propter fortitudinem ipsorū,  
ego ad te confugio, quia Deus su-  
scepor meus es.

Scilicet ul-  
tionem. Deus misericordiæ meæ præue-  
niet me, Deus ostendet mihi su-  
per inimicos meos.

vi.  
Prophetia  
de disper-  
sione Iudeo-  
rum. Ne occidas eos, ne quando ob-  
liuiscatur populus meus, Disper-  
ge illos in uirtute tua, & depone  
eos protector noster Domine.

vii.  
Qualis do-  
ctrina hosti-  
um Christi  
& Ecclesiæ. Delictum oris eorum est ser-  
mo labiorum ipsorum, & con-  
prehendentur in superbia sua, Et  
de execratione & mendacio an-  
nunciabunt.

viii.  
Petit deleri  
hostes ut  
Deus cele-  
bretur. Consume in ira, consume & nō  
erunt, Et scient quia Deus domi-  
nabitur Iacob, & finium terræ,  
Sela.

Conuertātur ad uesperā, & ulu-  
lēt ut canes, & circumeāt ciuitatē.

Ipsi dispergātur ad manducan-  
dū, si uero non fuerint saturati ut  
murmurent. Ego

Ego autem cantabo fortitudi-  
nem tuam, & exaltabo mane mi-  
sericordiam tuam, Quia factus es  
susceptor meus, & refugiū in die  
tribulationis meæ.

ix.

Gratiarum  
actio.

Fortitudo mea tibi psallam,  
quia Deus susceptor meus es. De-  
us misericordiæ meæ.

## LX.

Gratiarum actio pro regno ab hostibus conser-  
uato, & cōcessā uictoria, & pro restitutione arcæ fœ-  
deris, uera doctrina & uero cultu Dei, quæ temporibus  
Saulis collapsa erant. Et fatetur hæc non esse  
humanarum uirium, sed Dei dona. Vocat autem  
regnum Israel Rosam florentem, propter promissio-  
nes, patres, legem, uerum cultum Dei, ueram doctri-  
nam de Deo.

AVREVM DAVIDIS AD 1. Reg. 8.  
& 10.  
1. Par. 18.  
*præcinendum & ad docendum de Ro-  
sa testimonij cum bellum gessisset con-  
tra Syrios Mesopotamiæ & contra Sy-  
rios Soba, quando Ioab reuersus per-  
cussit Edom, in ualle Salinarum  
duodecim millia.*

DEUS repulisti nos et dispersisti Querela de

LIBER

publicis ca-  
lamitati-  
bus cui at-  
texit preca-  
tionem.

II.

Gratiarum  
actio pro re-  
stituta arca  
& uero cul-  
tu Dei.  
I. Par. 15.

III.

Gratiarum  
actio pro  
uictorijs et  
conseruata  
Ecclesia &  
politia.

I.

Limites re-  
gni Dau-  
dis.

IIII.

Victorias  
& Respub.  
bene cōsti-  
tutas non  
esse huma-  
narum uiri-  
um sed do-  
na Dei.

nos, iratus es, reuertere ad nos.

Commouisti terram & contur-  
basti eam, sana contritiones eius,  
quia commota est.

Ostendisti populo tuo dura,  
potasti nos uino compūctionis.

Dedisti meruentibus te, signum  
quod erigāt ppter ueritatē Sela.

Ut liberentur dilecti tui, saluū  
fac dextera tua & exaudi me.

Deus locutus est in sancto suo,  
lætabor & partabor Sichimam,  
& conuallem Suchor dimetiar

Meus est Gilead, & meus est  
Manasses, & Ephraim fortitudo  
capitis mei, Iuda dux meus.

Moab olla lauatri mei, In Idu-  
meam extendam calciamentum  
meum, super me Philistea iubila-

Quis deducet me in ciuitatem  
munitā? Quis deducet me usque  
in Idumeam?

Nonne tu Deus qui repulisti  
nos? Et non egredieris, Deus in  
exercitibus nostris?

Da



Da nobis auxilium in tribulatione, quia uana salus hominis.

In Deo faciemus uirtutem, & ipse conculcabit hostes nostros.

## LXI.

Precatio pro Magistratibus & Politis, & ostendit quæ sint certa & firma præsidia regnorum, uera nempe inuocatio Dei, habere spem non in armis, sed in Deo, & cōseruare ueram doctrinam & uerum cultum Dei.

## PSALMVS DAUIDIS

*ad præcinnendum super Neginath.*

EXaudi Deus deprecationem meam, intende orationi meæ.

A finibus terræ ad te clamauimus, dum anxietur cor meum, in petram excelsam deduc me.

Quia factus es spes mea, turris fortitudinis contra inimicos.

Inhabitabo in tabernaculo tuo in secula. Sperabo in uelamento alarum tuarum, Sela.

Quoniam tu Deus exaudisti orationem meam, dedisti hæreditatem timentibus nomen tuum.

L v

v.

Precatio qua petitur gerendis bel-  
lis & guber-  
natione se-  
iuuari à  
Deo.

r.

Precatio et  
doctrina  
quæ sint re-  
gnorum fir-  
ma præsi-  
dia.

I.

Inuocatio  
Dei.

II.

Sperare nõ  
in armis,  
sed in Deo.

III.

Cōseruare  
ueram do-  
ctrinam.



LIBER

Dies super dies regi adijces, annos eius usque in diem generationis & generationis.

II.

Quæ custodiant reges & regna.

Permanet in æternum in conspectu Dei, misericordiã & ueritatem para, quæ custodiant illum.

III.

Gratiarum actio.

Sic psalmum dicã nomini tuo in seculum seculi, ut reddam uota mea de die in diem.

LXII.

Docet Psalmus, cū Sycophātæ calumnijs & iniustis odijs nos premūt, ne ad humana præsidia, sed ad Deū confugiamus & simus patientes. Est autē pictura Aulæ.

PSALMVS DAVID PRO  
*Iethudum ad præcinendum.*

I.

Propositio, sis patiens, & spera in Deo.

**N**onne Deo silet anima mea? Ab ipso enim salutare meum. Nam & ipse petra mea & salutaris meus, susceptor meus, non mouebor amplius.

II.

Increpatio hostium.

Quousq; infidiabimini uiros? ut interficiatis uniuersū uos tanquam parietem inclinatū & mæceriam impulsam.

Verun-

Veruntamen ne euehatur ipse consultant, ut impellant festinant, mendacium in ore suo, benedicunt, sed corde suo maledicunt, Sela.

III.

Imago Aulæ.

Veruntamen Deo file anima mea, quoniam ab ipso spes mea.

III.

Repetitur. propositio.

Quia ipse petra mea & saluator meus, adiutor meus, non mouebor.

V.

Cōsolatio.

In Deo salutare meum, & gloria mea, petra fortitudinis, Spes mea in Deo est.

VI.

SPERate in eo omni tēpore o' populi, effundite coram illo corda uestra, Deus spes nostra, Sela.

Exhortatio ad totam Ecclesiam.

VII.

Veruntamen uanitas filij hominū, & mendacium filij magnatum, in stateris appensi plusquā nihilum sunt pariter.

Antithesis, Humana præsidia fallunt.

Nolite sperare in iniquitate, & in rapinis ne uani fiatis, diuitiæ si affluant, nolite cor apponere.

Semel locutus est Deus, bis hæc audiui, quia potestas Dei est.

Et

ἐπιφώνη-  
μο.  
Rom. 2.

Et tibi DOMINE, misericor-  
dia, quia tu reddes unicuique iux-  
ta opera sua.

## LXIII.

1. Re. 22. 33.  
& 34.

Querela quod absit ab Ecclesia &  
cultu Dei, cum lateret in deserto.

PSALMVS DAVID CVM  
esset in deserto Iuda.

I.  
Querela.

DEUS Deus meus tu, ad te de lu-  
ce uigilo, Sitiuit ad te anima  
mea, desyderat te caro mea, in  
terra deserta, in uia et in aquosa.

Sic in Sancto uidi te, ut uide-  
rem uirtutem tuam, & gloriã tuã.

II.  
Ecclesia  
preferenda  
uitæ.

Quoniam melior est misericor-  
dia tua super uitas, labia mea lau-  
dabunt te.

III.  
Gratiarum  
actio.

Sic benedicã te in uita mea, & in  
nomine tuo leuabo manus meas.

Sicut adipe & pinguedine sa-  
tiabitur anima mea, ubi labijs ex-  
ultationis te laudabit os meum.

III.  
Cõsolatio.

Memor fui tui super stratũ me-  
um, in uigilijs meditabor de te.

Quia fuisti adiutor meus, Et in  
ue

lamento alarum tuarū exultabo.

Adhæsit anima mea tibi, me sustentat dextera tua.

Ipsi uero ad perdendum quæ fuerunt animam meā, introibūt in inferiora terræ.

Inciderūt in manus gladij, partes uulpium erunt.

Rex uero lætabitur in Deo, laudabuntur omnes qui iurāt in eo, quia obstructum est os loquentium iniqua.

## LXIII.

Precatio contra calumnias & obtreccationes aduersariorum et hostiū Ecclesiæ ac piorum.

AD PRÆCINENDVM,

*Psalmus David.*

**E**Xaudi Deus orationem meā cum deprecor, à timore inimici eripe animam meam.

Abconde me à conuentu malignantiū, à multitudine operantium iniquitatem.

Qui exacerunt ut gladiū linguas

V.

Cōminatio.

VI.

Consolatio  
ero rex, et si  
iam exul.

I.

Propositio.

guas suas, intenderunt sagittas  
suas uerbum amarum.

II.  
Narratio  
uirulentiae  
periculatorū.  
& non timebunt.

Absolon.  
Achito-  
phel.  
Doeg.  
Firmauerunt sibi sermonē ne-  
quam, Narrauerunt ut absconde-  
rent laqueos, dixerunt quis uide-  
bit eos?

III.  
Communa-  
tio.  
Scrutati sunt iniquitates, &  
perfecerunt excogitatū scrutinio,  
in intimo cuiusque & corde alto.

Et sagittabit eos Deus sagitta  
subito, & factæ sunt plagæ eorū.

Et corruere faciet eos lingua  
eorum, Conturbati sunt omnes  
qui uidebant eos.

Et uidebunt omnes homines,  
& annuntiabunt opera Dei, & fa-  
cta eius intelligent.

IIII.  
Cōsolatio.  
Lætabitur iustus in DOMI-  
NO, & sperabit in eo, & lauda-  
buntur omnes recti corde.



## LXV.

Gratiarum actio pro donato uerbo, concessa pace, & prouentu frugū.

PSALMVS CANTICI DA-  
uidis ad præcinendum.

**T**E decet a hymnus Deus in a Tibi in fi-  
Zion, & tibi reddetur uotum. lentio laus.

Exaudis orationem, ad te om- I.  
nis caro ueniet. Gratiarum  
actio.

Verba delictorum præualue- II.  
runt super nos, & impietatibus Oratio pro  
nostris tu propitiaberis. remissione  
peccatorū.

Beatus quē elegisti & assum- III.  
psisti, inhabitabit in atrijs tuis, re- Agit grati-  
plebitur bonis domus tuæ, & san- as pro Ec-  
cti templi tui. clesia colle-  
cta, & uer-  
bo donato.

Exaudi nos Deus salutaris no- Petit pro-  
ster, propter admirandam iustici- pter miseri-  
am, spes omnium finium terræ & cordiam ex  
in mari longe. audiri.

Præparans montes in uirtute IIII.  
tua, accinctus potentia. Propace  
concessa &  
bellis proffi-  
gatis.

Qui compescis fremitum ma-  
ris, sonum fluctuū eius, & tumul-  
tum populorum.

Et ti-



## LIBER

Et timebunt qui habitant terminos à signis tuis, egredientes mane & uesperis delectabis.

v.  
Pro fertilitate soli.

b frumentum.

Visitasti terram & inebriasti eam, Flumen Dei repletum est aquis, parasti b cibum illorū, quoniam ita preparasti eam.

Sulcus eius inebrias, humectas glebas eius, imbribus mollificas eam, germiui eius benedices.

Coronas annum benignitate tua, & uestigia tua stillāt pinguedinem.

Stillabunt habitacula deserti, & exultatione colles accingētur.

Induti sunt campi ouibus, & ualles coopertæ sunt frumento, iubilabunt & hymnum dicent.

## LXVI.

Gratiarum actio pro mirādis & plurimis liberationibus Ecclesiæ & singulorum piorum.

CANTICVM PSALMI AD  
precinendum.

Iubila

**I**ubilate Deo omnis terra, Psal-  
 lite gloriam nominis eius, date  
 gloriam laudi eius.

Dicite Deo quàm terribilia  
 sunt opera tua, in multitudine uir-  
 tutis tuæ frustrabuntur inimici  
 tui.

Omnis terra adoret te & psal-  
 lat tibi, Psalmum dicat nomini  
 tuo, Sela.

Venite & uidete opera Dei, ter-  
 ribilis in consilijs super filios ho-  
 minum.

Qui cõuertit mare in aridam,  
 in flumine pertransibunt pede, i-  
 bi lætabimur in ipso.

Qui dominatur in uirtute sua,  
 in æternum oculi eius super gen-  
 tes respiciunt, rebelles non exal-  
 tantur per semetipsos, Sela.

Benedicite gentes Deum no-  
 strum, & auditam facite uocem  
 laudis eius.

Qui posuit animas nostras ad  
 uitam, & nõ dedit in commotio-

I.

Exordium  
 quo totam  
 Ecclesiam  
 ad gratia-  
 rum actio-  
 nem horta-  
 tur.

II.

Narratio  
 liberatio-  
 nis in mari  
 rubro, & ad  
 Iordanem,  
 quibus cõ-  
 plectitur re-  
 liquas.

III.

Repetit gra-  
 tiarũ actio-  
 nem & cõ-  
 memoratio-  
 nem benefi-  
 ciorũ Dei.

LIBER

nem pedes nostros.

Quoniam probasti nos Deus,  
igne nos examinasti, sicut exami-  
natur argentum.

Induxisti nos in laqueum, por-  
suisti tribulationes in humeros  
nostros.

Imposuisti homines, super ca-  
pita nostra, Trāsuimus per ignē  
et aquā, eduxisti nos in refrigeriū.

IIII.  
Repetitur  
gratiarum  
actio.

INTROIbo in domum tuam in  
holocaustis, reddam tibi uota  
mea.

Quæ aperuerunt labia mea, Et  
locutum est os meum in tribula-  
tione mea.

Holocausta pinguia offeram ti-  
bi, cum incenso arietum, offeram  
tibi boues cum hircis, Sela.

V.  
Hortatur  
Ecclesiam  
ad fidem, in  
uocationē  
& spem libe-  
rationis,  
suo exem-  
plo.

VENITE, audite, & narrabo, o-  
nes qui timeris Deum, quanta se-  
cit animæ meæ.

Ad ipsum ore meo clamaui, &  
exaltaui sub lingua mea.

Iniquitatem si aspexissem cor-

de

de meo, nō audisset DOMINVS.

Propterea exaudiuit Deus, & attendit uoci deprecationis meæ.

Benedictus Deus, qui non amouit orationem meam, & misericordiam suam à me.

VI.  
Conclusio.

LXVII.

Precatio ut mittatur promissus Messias, & ut uox Euangelij spargatur per totum terrarum orbem.

AD PRÆCINENDVM,

*Psalmus cantici super Neginoth.*

DEUS misereatur nostri, & benedicat nobis, illuminet uultū suum super nos, Sela.

I.  
Precatio.  
II.

Vt cognoscamus in terra uiam tuam, in omnibus gentibus salutare tuum.

Prophetia  
de gentium  
uocatione.  
III.

Cōfiteantur tibi populi Deus, Confiteantur tibi populi omnes.

Gratiarum  
actio pro  
dato uerbo  
& eius fru-  
ctu.

Latentur & exultent gentes, quoniā iudicas populos in æquitate, & gentes in terra dirigis, Sela.

Cōfiteantur tibi populi Deus,

LIBER

confiteantur tibi populi omnes.

Terra dedit fructum suum, Be-  
nedicat nos Deus Deus noster.  
Benedicat nos Deus, & metuant  
eum omnes fines terræ.

LXVIII.

Insignis hic Psalmus est, qui continet triumphale  
carmen & prophetiam de Christo, de eius Resurre-  
ctione, Ascensione ad cælos, Missione Spiritus san-  
cti & Apostolorum ad prædicandum Euangelium,  
De regno & sacerdotio Iudæorum abrogando, &  
nouo ac æterno constituendo. In fine orat pro con-  
seruatione huius regni.

AD PRÆCINENDVM, PSAL-  
mus Cantici David.

**I.** **E**Xurgat Deus & dissipentur  
inimici eius, & fugiāt qui ode-  
runt eam à facie eius.

Sicut dispellitur fumus, dispel-  
le eos, sicut fluit cera à facie ignis,  
sic pereant impij à facie Dei.

Et iusti latentur & exultent in  
conspectu Dei, & delectentur in  
lætitia.

**II.** Propositio, excipite uenientem Regem tri-  
umphatorem. Et addit rationes. **I.** Quia uehitur  
curru triumphali molli, in uoce nempe Euangelij,  
non



non in lege Sinai terribili. II. Quia Iehoua nomē illi. III. Quia non oppressor, sed pater orphanorum & uiduarum. IIII. Quia Deus, & ideo uenit ut in nobis habitet. V. Quia Ecclesiam solitariam multiplicat. VI. Quia uinctos in carceribus mortis & Diaboli liberat. VII. Quia punit hostes Euangelij. Ita propositio multis & illustribus rationibus est amplificata.

a CANTATE Deo, Psalmum dīcī Carmen  
te nomini eius, parate uiam ei qui triūphale.  
inuehitur molliter, DOMINVS  
nomen illi, Exultate in conspectu  
eius.

Qui pater est orphanorum &  
iudex uiduarum, Deus in habita-  
culo sancto suo.

Deus qui solitarios habitare  
facit domum, & educit uinctos  
congruo tempore, rebelles autem  
habitabunt siccitatem.

b III. Narratio quæ constat collatione aduen-  
tus Dei cum lege in monte Sinai, cū aduentu Chri-  
sti, cum Euangelio ex monte Sione.

b DEUS cum egredereris in con-  
spectu populi tui, cum pertransi-  
res in deserto, Scla.

LIBER

Lex in Si-  
nai.

Spiritus S.  
cum Euan-  
gelio effu-  
sus in Apo-  
stolos.

IIII.

Rex pastor

x. VI.

Hi sunt A-  
postoli.

Episcopi,

pastores in

doctrina E-

uangelij

concordes.

b. Vxor.

VII.

Confert Ec-

clesias exer-

citui ca-

strametati.

c VIII.

Deuictis hostibus imponuntur præfecti

urbibus, ita Christus uictor imponit Ecclesijs suos

præfectos, Episcopos & pastores, ibi tenebræ falsæ

doctrinæ cedunt luci Euangelij.

Terra mota est, & cœli destitit  
lauerunt à facie Dei Sinai, à facie  
DEI, Dei Israel.

PLuuiam largã effundis Deus,  
hæreditatem tuam laborantem  
tu recreas.

Animalia tua habitabunt in ea,  
recreas bonitate tua afflictũ De-  
us.

v. Rex bellator cum exercitibus & du-  
cibus.

Dominus dabit uerbum cum  
magno exercitu Euangelistarum.

x Reges exercituum sunt amici,  
& decus b domus diuidet spolia.

Cum castrametamini (eritis  
sicut) alæ columbæ, cuius pennæ  
argento & auro rutilante cooper-  
tæ sunt.

c VIII. Deuictis hostibus imponuntur præfecti  
urbibus, ita Christus uictor imponit Ecclesijs suos  
præfectos, Episcopos & pastores, ibi tenebræ falsæ  
doctrinæ cedunt luci Euangelij.

c Dum constituit omnipotens  
reges super eam, sicut nix dealba-  
buntur tenebræ.

d. ix. Hic comparatur Ecclesia monti, ut Esaiæ 2. Micheæ 4. Daniel. 2. est autē pinguis, abundans gratia. Sed aduersus hunc insurgunt alij montes pollentes uiribus & autoritate. At in hoc solo, quem in uerbo fundauit, habitat Deus, cæteros omnes auerfatur.

d Mons Dei, Mons pinguis,  
Mons excelsus, Mons pinguis.

Vt quid exultatis montes excelsi? Hic est mons in quo beneplacitū est Deo habitare, etenim  
DOMINVS habitabit in eternū.

e x. Hastenus bella & pugnas, iam uictorias & triumphos, & donaria in milites diuisa describit Coloss. 2. Triumphans de illis, Ephes. 4. Dedit alios quidem Apostolos &c.

e CVrrus Dei millies mille, D O  
MINVS in eis in Sinai sancto.

Ascendisti in altum, cepisti captiuitatem, accepisti dona in hominibus, Etiam rebellibus ut inhabitet D O M I N V S Deus.

f xi. Hastenus triumphos, hic crucem Ecclesie describit, & tamen addit consolationem, Ecclesiam habere Deum saluantem pios, & perdentem impios.

LIBER.

¶ BENEDICTUS DOMINVS quotidie, onus imponit nobis Deus, & tamen salus est nostra, Sela.

Deus noster, Deus ad saluandum, & DOMINVS est DOMINVS educens ex morte.

XII.  
Minatur Synagogæ interitum.

Veruntamen Deus cōfringet capita inimicorum suorum, uerticem capilli perambulantiū in delictis suis.

XIII.  
Prophetia quosdam ex Iudæis conuertendos.

Dixit DOMINVS, de pinguibus conuertam, conuertā de profundo maris.

XIII.  
Excidium Hierosolymæ.

Propterea intingetur pes tuus in sanguine, lingua canum tuorum de inimicis linget.

XV.  
Redit ad descriptionē pompæ triumphalis.

Viderūt ingressus tuos Deus, ingressus Dei mei, regis mei, qui est in sancto.

XVI.  
Exhortatio.

Prauenērūt principes coniuncti psallentibus, in medio iuencularum tympanistriarum.

XVII.  
Principes et

In Ecclesijs benedicite Deo Domino, de fontibus Israel.

Ibi Beniamin adolescentulus domi-

dominatur eis, Principes Iuda cū  
turmis suis, principes Zabulon  
& principes Nephtholim.

Præcepit Deus tuus fortitudi-  
nem tuam, Confirma hoc Deus,  
quod operatus es nobis.

Propter Templū tuum in Hie-  
rusalē, tibi offerent reges munera.

Intrepa feram arūdinis, cōgre-  
gationem taurorū inter vitulos,  
populos conculcantes propter ar-  
gentum: Dissipa gentes quæ bel-  
la uolunt.

Venient legati ex Aegypto.  
Aethiopia extendet manus suas  
ad Deum.

Regna terræ cantate Deo, psal-  
lite **DOMINO**, Sela.

Infidenti cœlis cœlorū ab ini-  
tio, Ecce dabit uoci suæ uocem ro-  
boris.

Date gloriam Deo, super Isra-  
el magnificētia eius, & robur eius  
in nubibus.

Mirabilis Deus in sanctis suis,

duces ex-  
ercitus Ec-  
clesiæ Dei  
Apostoli.

XVIII.

Oratio pro  
conser-  
uatione Ec-  
clesiæ con-  
tra persecu-  
tores.

Id est, Repri-  
me Diabo-  
lum & ip-  
sius organa.

XIX.

Promissio  
De gētium  
uocatione.

XX.

Gratiarum  
actio.

XXI.

Consolatio  
dabit Spiri-  
tum sanctū  
quo uincēt  
diabolū &  
mundi po-



tentiam, e- ipse est Deus Israel, dabit uirtutē  
 rit prote- & fortitudinē plebi, Benedictus  
 stor Eccle- Deus.  
 siæ suæ.

## LXIX.

Oratio Christi in cruce & maximis doloribus  
 constituti propter peccata nostra, Proponitur au-  
 tem consolatio & fructus passionis in postremis uer-  
 sibus. Vident afflicti & lætantur.

AD PRÆCINENDVM DE RO-  
 sis, Psalmus David.

I. **Propositio** **S**aluum me fac Deus, quoniam  
 precatio- intrauerūt aquæ usque ad ani-  
 nis. mam meam.

II. **Narratio** Infixus sum in limo profundo,  
 ingentium ubi non est fundus, Veni in altitu-  
 dolorum. dinem maris, & tēpestas demer-  
 sit me.

Defessus sum clamando, rauce  
 factæ sunt fauces meæ, defecerūt  
 oculi mei, dum spero in Deū meū.

**Persoluit a-** Multiplicati sunt super capil-  
 lienum de- los capitis mei, qui oderunt me si-  
 bitum. ne causa, Cōfortati sunt qui per-  
 secuti sunt inimici mei iniuste,  
 quæ non rapui tunc exoluebam.

DEUS

DEus tu scis insipientiã meã,  
& delicta mea à te non sunt ab-  
scondita.

Non erubescant in me qui ex-  
pectant te Domine, DOMINE  
exercituũ, Non confundantur su-  
per me qui quærũt te Deus Israel.

III. Ratio. Quia hæc patior ut ti-  
bi obediam & te glorificem. Ergo serua  
credentes in me, pro quibus hæc tanta  
mala sustineo.

Quoniam propter te sustinui  
opprobrium, operuit confusio fa-  
ciem meam.

EXtraneus factus sum fratri-  
bus meis, & peregrinus filius ma-  
tris meæ.

Quoniam zelus domus tuę co-  
medit me, & opprobria expo-  
brantiũ tibi ceciderũt super me.

Et flebam dum ieiunaret ani-  
ma mea, & factum est in oppro-  
brium mihi.

Et posui uestimentum meum  
saccum, & factus sum illis in para-  
bolam.

III.

Oratio  
Christi pro  
tota Eccle-  
sia, ut illa  
Ioan. 17.  
& consolatio  
cum no-  
stra peccata  
uocat  
sua.

Redit ad  
querelam  
& comme-  
morationẽ  
ingentium  
dolorum.  
Rom. 15.  
Ioan. 2.

## LIBER

Aduersum me loquebatur qui  
sedebant in porta, & in me psalle-  
bant qui bibebant uinum.

VI.  
Redit ad o-  
rationem.

Ego uero orauit ad te DOMI-  
NE, tempore beneplacito, Deus  
in multitudine misericordiae tuae  
exaudi me, in ueritate salutis tuae.

Eripe me de luto ut non infigar,  
ut liberer ab his qui oderunt me,  
& de profundis aquarum.

Non me demergat tempestas  
aquae, neque absorbeat me pro-  
fundum, neque obstruat super me  
puteus os suum.

Exaudi me DOMINE, quo-  
nia benigna est misericordia tua,  
secundum multitudinem misera-  
tionum tuarum respice me.

Et ne abscondas faciem tuam  
a seruo tuo, quoniam tribulor, ue-  
lociter exaudi me.

Appropinqua animae meae &  
libera eam, propter inimicos meos  
eripe me.

Tu scis improperium meum  
& con-

cōfufionem meam, & ignominiã  
meam, in confpectu tuo funt om-  
nes qui tribulant me.

Improperium confringit cor  
meum & afflictus fum, Et expe-  
ctavi qui fimul contriftaretur &  
non fuit, & qui confolaretur, &  
non inueni.

Et dederūt in escam meam fel, Ioan. 19.  
et in fiti mea potauerūt me aceto.

Fiat menſa eorum coram ipſis  
in laqueum, & in retributionem  
& in scandalum.

Obscurentur oculi eorum ne  
uideant, & lumbos eorū ſemper  
fac uacillare.

Effunde ſuper eos iram tuam,  
& furor iræ tuæ cōprehendat eos.

Fiat habitatio eorum deferta,  
& in tabernaculis eorum non fit  
qui inhabitet.

Quoniam quem tu percuffiſti  
perſecuti ſunt, & de dolore uulne-  
ratorum tuorum iactitant.

Appone iniquitatē ſuper ini-

VII.

Commemo-  
rat rursus  
dolores.

VIII.

Impreca-  
tur Synago-  
gæ triſtia  
malã ſpiri-  
tualia &  
corporalia.

Quæ om-  
nia ſecuta  
uidemus.  
Rom. II.  
Act. I.

Ratio quia  
me & meos  
perſequun-  
tur.

LIBER

quitatem eorum, & non ueniant  
ad iusticiam tuam.

Deleantur de libro uiuētium,  
& cum iustis non scribantur.

Ego sum pauper & dolens, sa-  
lus tua Deus protegat me.

ix. Gratiarum actio, & prophetia  
de abrogando cultu ueteris Testamen-  
ti, & constituendo nouo.

LAudabo nomē Dei cantico,  
& magnificabo eum laude.

Et placebit Deo magis quam  
taurus aut Iuuenus, qui cornua  
producit & ungulas.

Vident afflicti & lætātur, quæ-  
rite Deum & uiuet cor uestrum.

ix.  
Fructus pas-  
sionis Chri-  
sti.

Quoniam exaudiuit pauperes  
DOMINVS, & uinctos suos nō  
despexit.

Laudent illum cœli & terræ,  
Mare & omnia reptilia in eis.

xi.  
Promissio.

Quoniam Deus saluam faciet  
Zion, & ædificabuntur ciuitates  
Iudæ.

Ecclesiam  
perpetuo  
mansuram.

Et inhabitabunt ibi, & hæredi-  
tate acquirent eam. Et



Et semen seruorum eius possi-  
debit eam, & qui diligunt nomen  
eius, habitabunt in ea.

## LXX.

Precatio pro liberatione contra ho-  
stes piorum.

AD PRÆCINENDVM,

*Psalmus David, ad recorda-  
tionem.*

**D**EUS in adiutorium meū, **DO-**  
**MINE** ad adiuuandum me fe-  
stina. I.  
Precatio.

Confundantur & pudefiant **Imprecatio**  
qui quærent animam meam, **A-** II.  
contra ho-  
stes.  
uertantur retrorsum & erubescāt  
qui uolunt mihi mala.

Auertantur statim erubescen-  
tes, qui dicunt mihi, euge euge. III.

Exultent & lætentur in te om- **Antithesis.**  
nes qui quærent te, & dicant sem **Sed pij læ-**  
per, Magnificetur **DOMINVS,** **tentur.**  
qui diligunt salutare tuum.

Ego uero egenus, & pauper **Repetit pre-**  
sum, Deus festina ad me, **Adiutor** **cationem.**  
meus & liberator meus es tu, **DO**  
**MINE** ne moreris. **N** iiii.

Oratio Ecclesiæ senescentis, ne propter senectutis morbos, ubi fides, spes, charitas, & reliquæ uires & uirtutes erunt languidiore, à Deo abijciatur, & ut Deus reprimat Tyrannos & hostes Ecclesiæ.

I.  
Propositio  
precatio-  
nis.

**I**N te DOMINE speraui, nō con-  
fundar in æternum.

In iusticia tua libera me & eri-  
pe me, Inclina ad me aurem tuā,  
& salua me.

Esto mihi in petram fortem,  
quo semper confugiam, qui pro-  
misisti, ut saluum me facias. Quo-  
niam rupes mea et refugium meū  
es tu.

Deus meus eripe me de manu  
impij, & de manu inique agentis  
& uiolenti.

II.  
Rationes  
cur sit iu-  
uandus.

Quoniā tu es expectatio mea  
Domine : DOMINE spes mea à  
iuuentute mea.

In te confisus sum ex utero, de  
uentre matris meæ tu extraxisti  
me, de te laus mea semper.

III.  
Querela Ec-

Tanquā prodigiū factus sum  
mul-

multis, sed tu fiducia mea fortis.

Repleatur os meum laude, & gloria tua tota die.

NE proijce me in tempore senectutis, cū defecerit uirtus mea ne derelinquas me.

Quia locuti sunt inimici mei contra me, & qui obseruant animam meā consiliū fecerūt in unū.

Dicentes, Deus dereliquit eū, persequimini & comprehendite eum, quia non est qui eripiat.

Deus ne elongeris à me, Deus meus in auxilium meum festina.

Cōfundantur & deficiant detrahentes animæ meæ, operiantur cōfusione & pudore, qui que runt mala mihi.

EGO autē semper sperabo, & adijciam super omnem laudē tuā.

Os meum annuntiabit iusticiam tuam, tota die salutare tuum, cuius non noui numerum.

Introibo in potentijs Domini, DOMINE, memorabor iusticiæ tuæ solius.

clesiā esse in mundo tanquam prodigium.

Senectus Ecclesiæ, sunt postrema tempora.

Mimesis.

IIII.  
Repetit pre-  
cationem.  
Inpreca-  
tio.

Gratiarum actio & qui sit cultus noui Testa-  
menti futu-  
rus, prædi-  
care nem-  
pe solius  
Dei iusticia-  
am.

## LIBER

DEVS docuisti me à iuuentute mea & usque nunc pronuncia-  
bo mirabilia tua.

**VI.**  
Repetit su-  
perio-rem  
propositio-  
nem ne de-  
feratur in  
senectute.

Et usque in senectam & canis-  
ciē, Deus ne derelinquas me, Do-  
nec annunciem brachium tuum,  
generationi omni quæ uentura  
est, potentiam tuam.

**VII.**  
Admiratur  
Ecclesia  
Dei erga se  
bonitatem  
inde usque  
ab initio re-  
rum.

Et iusticia tua quam excelsa  
Deus: & quam magna quæ feci-  
sti: Deus quis similis tibi?

**VIII.**  
Commemo-  
rat omniū  
temporum  
afflictio-  
nes, & rur-  
sus miran-  
das libera-  
tiones.

Qui ostendisti mihi tribulatio-  
nes multas et malas, et conuersus  
uiuificasti me, & de abyssiis terræ  
iterum reduxisti me.

**XI.**  
Repetitur  
Gratiarum  
actio.

Multiplicasti magnificentiam  
meam, et conuersus consolatus es  
me.

PROpterea ego confitebor ti-  
bi in organis musicis pro ueritate  
tua, Deus meus, psallam tibi in cy-  
thara ô sancte in Israel.

Exultabunt labia mea cum  
cantauero tibi, et anima mea quæ  
redemisti.

Sed

Sed et lingua mea tota die mēditabitur iusticiam tuā, cum confusi et pudefacti fuerint qui quærunť mala mihi.

## LXXII.

Insignis prophetia de Messia & eius regno, Christum esse uerum Deum & hominem.

Salomoní.

a. i. Propositio, rogo ut Christo filio meo iuxta promissionem ex me nascituro, des tuam potētiam, ut iudicet & condemnet hostes nostros, peccatū, mortem, Diabolum, &c. Est igitur homo, quia natus ex Dauide. Et Deus, quia pater dat ei suum iudicium. Ita initio persona Messie describitur.

**D**Eus iudicium tuum Regi da, et iusticiam tuam filio regis.

b. ii. Officia regis consolari afflicta corda, & ut montes ac colles, hoc est, Ecclesie annuncient populis pacem & iusticiam Rom. 5. Iustificati fide pacem habemus, &c. saluare pauperes spiritu.

b. **V**t iudicet populum tuum in iusticia, et pauperes tuos in iudicio. III. Qualis populus regis.

Afferent montes pacē populo, Quale reg-  
et col-



num nō ex & colles in iusticia.

ternū, sed Iudicabit pauperes populi, &  
spirituale saluos. faciet filios pauperum, &  
& æternū, saluos. faciet filios pauperum, &  
quod com- conteret calumniatorem.

plectitur or Timebunt te quam diu Sol &  
bem terra- Luna erunt, in generatione & ge  
rum, ubi sci nerationem.

licet specio d v. Alludit ad historiam Gideonis  
si pedes an Iudic. 7. & ostendit Christum uerū Ge  
nuntiantiu deonem futurum, qui uicturus sit pec  
pacem e- catum mortem & Diabolum. Vellus  
runt. est Synagoga. Reliqua terra est Eccle  
sia gentium, quæ ambæ per rorem Chri  
stum sic tinguntur & recreantur, ut uin  
cere possint peccatum, mortem & le  
gem, &c.

Descendet sicut pluuia in uel  
lus, & sicut stillicidia stillantia su  
per terram.

e vi. Fructus regni Christi, Erunt multi sancti cre  
dentes, & pax conscientiarum cum Deo durabilis  
usque ad finem rerum & resurrectionem mortuo  
rum, ubi nouus Sol & noua luna creabuntur, & ui  
debimus Deum facie ad faciem.

Florebit in diebus eius iustus,  
& abundātia pacis, donec aufera  
tur Luna.

Et dominabitur à mari usq; ad  
mare,

mare, et à flumine usque ad terminos orbis terrarum.

Coram illo procident qui in deserto sunt, & inimici eius puluerem lingent.

Reges maris & insulæ munerâ offerent, Reges Arabum & Sabâ dona adducent.

Et adorabunt eum omnes Reges terræ, omnes gentes seruiēt ei.

Quia liberauit pauperem clamantem, & afflictum cui nō erat adiutor.

Parcet pauperi & inopi, & animas pauperum saluas faciet.

A fraude & uiolentiâ redimet animas eorum, & preciosus sanguis eorum in oculis ipsius.

Et uiuet, & dabitur ei de auro Arabiæ, & adorabunt ipsum semper, tota die benedicent ei.

Et erit copia frumenti in terra, in ueritice montium, mouebitur sicut Libanus fructus eius, & flores in ciuitate sicut herba terræ.

Erit

VII.

Quam late pateat regnum Christi, Lingent puluerem, id est, humiliabuntur, corâ Christo.

VIII.

I. Reges erunt nutricij Ecclesię Redit ad officia regis & effectus regni eius.

IX.

Cōsolatio.

X.

Describit fertilitatē Ecclesię.

LIBER

xI.  
Alkudit ad  
promissio-  
nem Abra-  
hæ.

xII.  
Concludit  
per gratia-  
rum actio-  
nem.

Erit nomen eius in secula, quã  
diu sol erit, nomen eius propaga-  
bitur & benedicentur in ipso, om-  
nes gentes magnificabunt eum.

Benedictus D O M I N U S De-  
us, Deus Israel, qui facit mirabilia  
solus.

Et benedictum nomen maie-  
statis eius in æternum, & replebi-  
tur maiestate eius omnis terra, A-  
men Amen.

*Finiunt orationes Davidis  
filij Isai.*

LIBER TER-  
tius.

I.

LXXIII.

Propositio  
amat pios  
Deus, etiã si  
affligi si-  
nat, et odit  
impios quã-  
tumuis sce-  
lices.

Idem argumentũ quod est Psalmi 37.  
Docet enim ne indignemur cum uide-  
mus impijs bene esse, affligi autẽ pios.

PSALMVS ASAPH.

QVam bonus Israel Deus, his  
qui puro sunt corde.

Mei

Mei autem pene moti pedes,  
pene effusi sunt gressus mei.

Quia zelavi super iniquos, pacem  
impiorum uidens.

Quia non sunt in ligaminibus  
mortis, et firmum palatium eorum.

Et in miseria hominum non sunt  
& cum hominibus non affliguntur.

Ideo tenuit eos superbia, operati  
sunt uolentia tanquam ueste.

Prominet præ pinguedine oculus  
eius, gradiuntur secundum  
cogitationes cordis.

Derident et locuti sunt nequitiam,  
calumniam de excelsis locuti sunt.

Posuerunt in cælum os suum, &  
lingua eorum tranſiuit in terra.

Ideo conuertetur populus eius,  
eo, & ut aquarum plenitudo  
accumulatur eis.

Et dixerunt, nunquid sciret Deus,  
et nunquid est scientia in excelsis?

Ecce ipsi impij & abundantes  
seculo obtinuerunt diuitias.

iii. Antithesis & narratio scandali, Si  
est

11.

Aduersatiua, sed ego  
fere lapsus  
essem ex indignatione

111.

Narratio  
qua commemorat  
fœlicitatem  
impiorum.

Mimesis.

## LIBER

est Deus, & si curat humana, cur igitur iniustis bene est, & cur affliguntur Sancti? Hæc est arcana sapientia Ecclesiæ, ignota rationi, Solum enim Euangelium monstrat causas, cur Ecclesiam & pios Deus uelit subiectos esse cruci in hac uita. Restat enim iudicium, ubi ad æternas pœnas damnabuntur impij, iusti autem æterna uita & lætitia fruuntur.

ERgo frustra mūdauī cor meū,  
& laui in inōcētia manus meas.  
Et fui flagellatus tota die, & castigatio mea in matutinis.

Id est, dam- Si dixero ut ipsi dicunt, Ecce  
narem totā generationem filiorum tuorum  
Ecclesiam reprobarem.  
quæ affligi- Et cogitabam ut scirē hoc, Sed  
tur. difficile erat in oculis meis.

Donec irem in sanctuarium  
Dei, & animaduertērem in nouissima eorum.

Veruntamen in lubrico posuisti eos, deleuisti eos in interitum.

Quōmodo facti sunt in desolationē? quam subito defecerunt, perierunt propter iniquitatē suā.

Velut somnium euigilantis Domine, in ciuitate imaginem ipsorum facis contemptam. Sed



SECUNDVS: Si

a Sed coacescit cor meum, & re-  
nes mei punguntur

a v.  
Repetit ten-  
tationem  
suam.

Quod ego stultus sum, Et nihil  
intelligo, Et iumentum factus  
sum coram te.

b. vi.  
Insignis cō-  
solatio, et-  
si tenter &  
affligar,  
tamen non

b Sed ego semper tecū, Tenui-  
sti manu dexteram meam.

Et in cōsilio tuo deduxisti me,  
& cum glōria suscepisti me.

\* Quē in cœlo & in terra præ-  
ter te desiderarem?

deseror,  
sed à Deo  
sustentor  
& erigor,  
Ergo bo-  
nus Israeli.  
Deus.

Cum contabescunt caro mea  
& cor meum, tu petra cordis mei  
& pars mea Deus in æternum.

† Quia ecce qui elongant se a  
te peribunt, perdis omnes qui for-  
nicantur à te.

\* vii.  
Congeries  
consolatio-  
num.

Mihi autem adhærere DEO  
Bonum est, posui in Deo DOMI-  
NO spem meam, Ut annunciem  
omnia opera tua.

† viii.  
Ratio ex  
Antithesi.

LXXIII.

Precatio cōtra hostes deuastantes  
Ecclesias & Scholas.

○

## ERV DITIVVM ASAPH.

I.  
Propositio.  
libera, de-  
fende nos.

II.  
Ratio quia  
sumus tuus  
populus re-  
deptus san-  
guine filij  
tui.

III.  
Narratio  
calamitatū

4. Reg. 15.

VT quid Deus repulisti in perpe-  
tuum: iratus est furor tuus su-  
per oues pascuæ tuæ.

Memor esto congregationis  
tuæ quam possedisti ab initio.

Redemisti uirgam hereditatis  
tuæ, montē Ziō in quo habitasti.

Leua pedes tuos in deuastratio-  
nem perpetuā omniū hostiū, qui  
mala fecerunt sanctuario tuo.

ET rugierunt aduersarij tui, in  
medio templi tui posuerunt ido-  
la sua signa.

Visus est (impius) tāquam ad-  
ducens sursum in densitatem ar-  
borum secures.

Et nunc sculpturas eius simul  
bipenni & malleis dissecant.

Incenderunt igni sanctuarium  
tuum, ad terram polluerunt taber-  
naculum nominis tui.

Dixerunt in corde suo, deuastra-  
bimus eos simul, incenderunt om-  
nia tabernacula Dei in terra.

Signa

Signa nostra non uidemus, n̄  
non est Propheta, et non est nobi  
scum, qui doceat, Usquequo.

XIII.

Usquequo ô Deus impropere  
bit inimicus: & blasphemabit ho  
stis nomen tuum in perpetuum.

Repetitur  
precatio.

Quare auertis manum tuam,  
& dexteram tuã de medio sinus  
tui prohibes:

DEus autem Rex meus ab ini  
tio, operatus est salutē in medio  
terrae.

Consolatio  
& longa cō  
memora-  
tio ueterū  
beneficio-  
rū Dei, qui  
bus fidem  
suam erigit

Tu dissipasti in uirtute tua ma  
re, contriuiisti capita Draconum  
in aquis.

Tu confregisti capita ceti, dedi  
sti eum escam populis deserti.

Tu facis scaturire fontes & tor  
rentes, tu siccasti fluuios magnos.

Tuus es dies & tua est nox, tu  
fabricatus est lumen & solem.

Tu fecisti omnes terminos ter  
rae, æstatem & hyemem, tu plas  
masti ea.

VI. Cause cur petēda liberatio, ut

LIBER

asseret gloriã tuam, & punias blasphemias & serues Testamentum & promissiones editas, ut liberet sicut promissisti, oppresos, et ut liberati celebrēt nomen tuum.

Memor esto huius, quod inimicus improperauit DOMINO, & populus insipiens blasphemauit nomen tuum.

Ne tradas bestiã animam turturis tui, & animas afflictorũ tuorum ne obliuiscaris perpetuo.

**b** Terra. Respice in testamentum, quia est uastata. repleta est *b* terra tenebris & habitacula uolentia.

Ne reuertatur oppressus confusus, pauper & inops laudabũt nomen tuum.

**vii.**  
Epilogus  
nostra causa  
est Dei  
causa.

**EX**urge Deus, iudica causam tuam, memor esto improperiorũ tuorum, eorum quæ ab insipientibus sunt tota die.

Ne obliuiscaris uocis inimicorum tuorum, tumultus insurgentium contra te inualefcit semper.

Cōsolatio Ecclesiæ sub persona Christi, contra impios & præfractos Doctores & hostes Ecclesiæ Dei, quibus miratur exitium, & promittit Ecclesiam māsūram.

## AD PRÆCINENDVM

ne periret, Psalmus cantici:

Asaph.

**C**onfitebimur tibi Deus, confitebimur, quia prope est nomen tuum, Narrabimus mirabilia tua.

Propositio:  
Agimus gratias quod seruas Ecclesiam.

2. Patefactio Euāgelio Spiritus sanctus arguit mundū, Ideo mundus indignatur, & sæuit cōtra Ecclesiā & pios Doctores, Sed Christus sustentat Ecclesiæ columnas, uerā doctrinā, & pios ministros.

Cum accepero a tempus ego a Ecclesiā iusticias iudicabo.

Liquefacta est terra, & omnes qui habitant in ea, ego autem cōfirmavi columnas eius, Sela. 111.  
Comminatio.

Dixi iactabūdis, nolite gloriari, & impijs, nolite exaltare cornu. Nolite extollere in altum cor.



nu uestrum, nolite loqui in collo  
præfracto.

f. aliquid sit  
metuendū.

Quia neque ab oriente neque  
occidēte, neq; à deserto montiū.

iiii.  
Rationes.

Quoniam Deus iudex est, qui  
hunc humiliat, & hunc exaltat.

v.

Discrimen  
afflictionis  
piorum &  
impiorum.

Quia calix in manu DOMINI  
NI, uino rubicūdo infuso plenus,

Et effudit ex hoc, uerū tamen fe-  
ces eius sugent, et ebibent omnes  
impj' terræ.

vi.

Promissio  
perditis im-  
pijs, serua-  
tur & exal-  
tatur Eccle-  
sia.

Ego autem annuntiabo in se-  
culum cantabo Deo Iacob.

Et oīa cornua impiorū cōfrin-  
gā, & exultabuntur cornua iusti

LXXVI.

Gratiarū actio & pro uerbo donato.  
& Ecclesia cōtra furores hostiū seruata.

AD PRÆCINENDVM

super Neginoth Psalmus can-  
tici Asaph.

NOTUS in Iudæa Deus, in Israel  
magnum nomen eius.

i.  
Gratiarum  
actio pro  
uerbo.

Et factus est in Salem locus  
eius, & habitatio eius in Zion.

Ibi

Ibi confregit iacula, arcus, scutum, gladium & bellum, Sela.

Illustrior tu & admirabilior quam montes prædantes.

Spoliati sunt potentes, corde obdormierunt somnum suum, & non inuenerunt omnes uiri robur in manibus suis.

Ab increpatione tua Deus laeob sopitus est et currus et equus.

Tu terribilis es, & quis confistet coram te in ira tua?

De caelo auditum fecisti iudicium, terra tremuit & siluit.

Cum exurgeret in iudicium Deus ut saluos faceret omnes afflictos terræ, Sela.

Quoniã furor hominis celebrabit te, & contra reliquos furores accingeris.

Vouete & reddite DOMINO Deo uestro omnes qui in circuitu eius estis, afferte munera terribili, Qui aufert spiritum principibus terribilis est regibus terræ.

I I.

Pro seruata Ecclesia.

III.

Consolatio & amplificatio ex collatione, hostes sunt potentes, sed potentior Deus.

IIII.

Ratio.

V.

Hortatur totam Ecclesiam ad gratiarum actionem.

Insignis cōsolatio & doctrina, quomodo ex sensu irę Dei pavidacorda recordatione ingentiū beneficiorū Dei, sese erigere & confirmare debeant.

## AD PRÆCINENDVM

*Psalmus Asaph, pro Ieduthum.*

**V**Oce mea ad Dominum clamaui, uoce mea ad Deum, & intēdit mihi.

**I.**  
Narratio et exemplum quo confugiendū in afflictione.

In die tribulationis meę Deū exquisiui, Manus mea nocte expansa est, & non est lassata, reuinit consolari anima mea.

Recordor Dei cum perturbor, & cum tristis est spiritus meus loquor, Sela.

Tenuisti uigiles oculos meos, turbatus sum, ut nō possim loqui.

**II.**  
Cōmemoratio ingentium terrorum & dolorum ex sensu irę Dei.

Cogitavi dies antiquos, & annos seculorum.

Recordabar nocte carniū meorum, & cū corde meo loquebar, & spiritus meus scrutabatur.

Nunquid in aternū proijciet Deus, & non adijcet ut beneuolus sit amplius. Nun-

Nunquid deficiet in æternum  
 misericordia eius? & nunquid de-  
 sist promissio in generationem &  
 generationem.

Aut obliuiscetur misereri De-  
 us? aut continebit in ira sua mise-  
 ricordias suas? Sela.

Et dixi, Hæc est ægritudo mea,  
 Sed hæc mutare potest dextera  
 excelsi.

Memor fui operum DOMI-  
 NI, quia memor ero ab initio mi-  
 rabiliū tuorum.

Et meditabor in omnibus ope-  
 ribus tuis, & de factis tuis loquar.

Deus in sancto uia tua, quis  
 Deus magnus sicut Deus?

Tu es Deus qui facis mirabi-  
 lia, Notam fecisti in populis uir-  
 tutem tuam.

Redemisti in brachio populū  
 tuū, filios Iacob & Ioseph, Sela.

Viderūt te aquæ Deus, uiderūt  
 te aquæ & timuerunt, & turbatæ  
 sunt abyssi.

III.

Consolatio  
 ex præteri-  
 tis benefi-  
 cijs Dei &  
 admirandis  
 liberationi-  
 bus.

## LIBER

Funderunt aquas nubes, uocē  
dederunt nubes, Et sagittæ tuę di  
scurrerunt.

Vox tonitruui tui in cælo, illu  
xerunt corruscationes tuę orbi  
terræ, cōmota est & contremuit  
terra.

In mari uia tua, & semitæ tuę  
in aquis multis, & uestigia tua  
non cognoscentur.

Deduxisti sicut oues populū  
tuū per manum Moisi & Aaron.

## LXXVIII.

Perpetua narratio & historica cōmemoratio est  
beneficiorum Dei erga populum, inde ab initio us  
que ad Dauidem, quæ docet fiduciam, spem & obe  
dientiam erga Deum, & dissidentiam ac inobedien  
tiam taxat, & utriusque exempla proponit, creden  
tes seruatos, incredulos autem grauius punitos.

<sup>I.</sup>  
Exordium      ERVDITIVVM ASAPH.  
quo reddit      **A**ttendite popule meus legem  
attentos.      meam, inclinate aurem uestrā  
<sup>II.</sup>  
Propositio.      in uerba oris mei.  
a ænigma      Aperiam in parabolis os meū,  
ta antiqua.      loquar & propositiones ab initio.

Quæ



Quæ audiuimus & cognouimus & patres nostri narrauerunt nobis.

Non celabimus ea filios eorū, & posteritatē, Narrantes laudes DOMINI & uirtutes eius, & mirabilia eius quæ fecit.

ET suscitauit testimonium in Iacob & legem posuit in Israel. Deut. 6. narrabis ea filijs tuis.

Quam mandauit patribus nostris, nota facere ea filijs suis.

Vt agnoscat generatio altera, & filij qui nascentur, et exurgent, & narrabunt ea filijs suis.

Vt ponant in Deo fiduciā suā, & non obliuiscantur operū Dei, & mandata eius seruent. III. Quid doceant sacræ literæ, fidē neque & obedientiam.

Ne fiant sicut patres eorum, generatio rebellis, et exasperans, generatio quæ non direxit cor suū, & non credidit Deo spiritus eius.

Ante Reges summa imperij erat penes tribum Ephraim, sed propter insolentiā à Deo reiecti sunt, & rerum summa cōmendata est tribui Iuda. Habent igitur Reges & principes sibi exemplum.

LIBER

4 Filij Ephraim ornati intendē  
tes arcum, conuerſi ſunt in die bel  
li.

Non custodierunt testamen  
tum Dei, & in lege eius noluerūt  
ambulare.

111. Et oblitī ſunt benefactorum  
Orditur hi eius, & mirabilium eius quæ oſtē  
ſtoricā nar dit eis.  
rationem.

Exod.13. COram partibus eorum fecit  
mirabilia in terra Aegypti, in cā  
po Zoan,

Exod.13. Interrupit mare, & perduxit  
pſalm. 105. eos, & ſtatuit aquas quaſi accer  
Exod.17. uum.

Num.20. Et deduxit eos in nube die, &  
tota nocte in illuminatione ignis.

Interrupit petras in Eremo, &  
adaquauit eos uelut in abyſſo  
multa.

Et eduxit aquā de petra, & edu  
xit tanquā flumina aquas.

ET appoſuerunt ad huc pecca  
re ei, & in iram concitauerunt ex  
celſum in deſerto.

Et

Et tentauerunt Deum in cordibus suis, ut peterent escas animabus suis. Num. ii.

Et male loquuti sunt de Deo, dixerunt, Nunquid poterit Deus parare mensam in deserto?

Ecce percussit petram & fluxerunt aquæ, ac torrentes inundauerunt.

Nunquid & panem poterit dare, aut parare carnem populo suo? iii. Exemplum

Ideo audiuit DOMINVS & iratus est, & ignis accensus est contra Iacob, & ira ascendit contra Israel. punitæ incredulitatis.

Quia non crediderunt Deo, nec sperauerunt in salutare eius.

Et mandauit in nubibus desuper, & ianuas cœli aperuit. Exod. 16. Num. ii.

Et pluit illis Manna ad manducandum, & panem cœli dedit eis. Iohan. 6.

Panem angelorum manducauit homo, cibaria misit eis in abundantia.

Adduxit Euum de cœlo, & induxit in uirtute sua Africum.

LIBER

Et pluit super eos sicut puluerem carnes, & sicut arenam maris uolatilia pennata.

Et ceciderunt in medio castrorum eorum, circa tabernacula eorum.

Num. 11.

Et manducauerunt & saturati sunt ualde, & desiderium eorum impleuit.

Nondum auersi erant a desiderio suo, Adhuc esca eorum erat in ore ipsorum.

Et ira Dei ascendit super eos, Et occidit pingues eorum, & electos Israel prostrauit.

IN omnibus his peccauerunt ad huc & non crediderunt in mirabilibus eius.

Et defecerunt in uanitate dies eorum, & anni eorum in perturbatione.

Esai. 26.

In angustia  
requirunt  
te.

Cum occideret eos quarebant eum, & reuertebantur, & diluculo ueniebant ad Deum.

Et rememorati sunt, quia Deus petra est eorum, et Deus excelsus redemptor eorum est. ME

Et blanditi sunt ei in ore suo, et  
lingua sua mentiti sunt ei.

Cor autem eorum non erat fir-  
mum cum eo, nec fideles habiti  
sunt in testamento eius.

IPse autem misericors, & pro-  
pitius erat peccatis eorum, & nō  
disperdidit eos, & saepe auertit irā  
suam, & non accendit omnem fu-  
rorem suum.

Antithesis,  
ipsi propter  
peccata me-  
rentur pœ-  
nas: Sed De-  
us est mise-  
ricors, qui  
pœnas miti-  
gat.

Et recordatus est, quia caro sūt,  
spiritus uadens, & non rediens.

Toties exacerbauerunt eū in  
deserto, in iram concitauerunt eū  
in solitudine.

Est igitur  
consolatio  
& exemplū  
misericor-  
diæ Dei.

Et conuersi sunt & tentauerūt  
Deum, & sanctum Israel exacer-  
bauerunt.

Nō sunt recordati manus eius,  
die qua redemit eos à tribulante.

Sicut posuit in Aegypto signa  
sua, & prodigia sua in campo Zo-  
an.

vi.  
Plagæ Ae-  
gypti.  
Exod. 7. 8.  
9. 10.

Et cōuertit in sanguinē flumina



LIBER

eorum, & riuos eorum, ne biberent.

Misit in eos insecta, & comedit eos, & ranā, et disperdidit eos.

Et dedit erucis fructum eorū, & labores eorum locustæ.

Et occidit grandine uineas eorum, & moros eorum in pruina.

Et tradidit grandini iumenta eorū, et possessionem eorum igni.

Misit in eos iram indignationis suæ, indignationem et iram et tribulationem, immisiones per angelos malos.

Viam fecit semitæ iræ suæ, & non pepercit à morte animabus eorum, & iumenta eorū in e morte conclusit.

Et percussit omne primogenitum in terra Aegypti, primitias d laboris eorum in tabernaculis Cham.

ET eduxit sicut oues populū suum, & perduxit eos tanquam gregem in deserto.

e Peste.  
Exod. 12.

d uirtutis.  
VII.

Redit ad  
commemo-  
rationem  
beneficio-  
rum Dei.

Et

Et eduxit eos in e spe, et non tūc Tuto.  
muerunt, & inimicos eorum ope-  
ruit mare.

Et induxit eos ad terminum  
sanctum suum, montem quem ac-  
quisiuit dextera eius.

Et eiecit à facie eorum gentes,  
& sorte diuisit eis hæreditatē, Et  
habitare fecit in tabernaculis eo-  
rum tribus Israel.

ET tentauerunt & exacerba-  
uerunt Deum excelsum, & testi-  
monia eius non custodierunt. VIII.  
Comme-  
morat rur-  
sus pecca-  
ta populi.

Et auerterunt se, & præuarica-  
ti sunt quemadmodum patres eo-  
rum, conuersi sunt sicut arcus pra-  
uus.

In iram concitauerunt eum ex-  
celsis suis, et in sculptilibus suis ad  
æmulationē eum prouocauerūt. 1.Reg.4.

AVdiuit Deus & exarsit, & exe-  
ratus est ualde Israel. Exemplum  
punitę fidu-  
cię in exter-  
nam pro-  
fessionem,  
sine uera  
pœnitētia.

Et reliquit tabernaculum Silo,  
tabernaculum suum ubi habita-  
uit inter homines.

LIBER

Et tradidit in captiuitatem uir  
 f arcum. tutem f eorum, & pulchritudinē  
 eorum in manus inimici.

Et conclusit in gladio populū  
 suum, & contra hæreditatem suā  
 exarsit.

Iuuenes eorum comedit ignis,  
 & uirgines eorum non sunt ho  
 noratæ.

Sacerdotes eorum in gladio ce  
 ciderūt, & uiduæ eorum non plo  
 rabant.

Et excitatus est tanquam dor  
 miens Dominus, tanquam po  
 tens uociferans à uino.

1. Reg. 15. Et percussit inimicos suos in  
 posteriora, opprobrium sempiter  
 num dedit illis.

Et repulit tabernaculum Io  
 seph, & tribū Ephraim nō elegit  
 Sed elegit tribum Iuda, montē  
 Zion quem dilexit.

1. Reg. 16. Et ædificauit tanquam excel  
 sum, sanctuarium suum, sicut ter  
 ram fundatam in secula.

Et

Et elegit David seruum suum,  
& sustulit eum de caulis ouium.

A tergo foetarum adduxit eū,  
ut pasceret Iacob seruum suum &  
Israel hæreditatem suam.

Et pavit eos in innocentia cor-  
dis sui, & in prudentia manuum  
suarum direxit eos.

## LXXIX.

Idē argumentū quod est Psalmi 74.  
Est enim precatio contra hostes deua-  
stātes Ecclesias & scholas, loquitur au-  
tem præcipue de ea vastitate, quæ per  
Chaldeos & Antiochum erat futura.

## PSALMVS ASAPH.

**D**Eus uenerunt, gentes in hære-<sup>1.</sup> Narratio  
ditatem tuam, polluerunt Tē calamita-  
plum sanctum tuum, posuerunt tum.  
Hierusalem in acervos lapidum.

Posuerunt cadauera seruorum  
tuorum escas uolatilibus cæli, car-  
nes sanctorum tuorum bestijs ter-  
rae.

Effuderunt sanguinem ipsorū  
tan-

LIBER

ranquam aquam in circuitu Hierusalem, & non erat qui sepeliret.

Facti sumus opprobrium uicinis nostris, subsannatio & illusio his qui in circuitu nostro sunt.

II.

Precatio  
libera nos.

VSquequo DOMINE irasce-  
ris in perpetuum? Accendetur ue-  
lut ignis zelus tuus?

III.

Ratio quia  
sumus po-  
pulus tuus  
& asserere tu-  
am gloriã.

Effunde iram tuam in gentes  
quæ te non nouerunt, & in regna  
quæ nomen tuum non inuocauerunt.

Quia comederunt Iacob & ha-  
bitaculum eius desolauerunt.

a III. Repetitur precatio & ostēditur,  
quæ sint causæ calamitatū publicarū,  
peccata nempe populi.

a Ne memineris iniquitatem  
nostrarum antiquarum, cito an-  
ticipent nos misericordiæ tuæ,  
quia b pauperes facti sumus ualde.

b attenuati

b v Causæ cur petēda liberatio, Pri-  
ma, propter nomē tuū, ut tu celebretis

b Adiuua nos Deus salutaris  
nostex



noſter propter gloriam nominis  
tui, & libera nos, et propitiuſ eſto  
peccatis noſtris propter nomen  
tuum.

Ne forte dicant in gentibus, u-  
bi eſt Deus eorum: Et innotefcat  
in nationibus coram oculis no-  
ſtris ultio ſanguinis ſeruorū tuo-  
rum qui effuſus eſt.

<sup>c</sup> <sup>IIII.</sup> Ne deleatur tota Eccleſia &  
ſint hic aliqui reſidui qui te celebrent,  
& doctrinam latius ſpargant.

<sup>c</sup> Introeat in conſpectu tuo ge-  
mitus compeditorum, Secundū  
magnitudinem brachiū tui, fac re-  
ſiduos filios mortis.

Et redde uicinis noſtris ſeptu-  
plum in ſinu eorum, impropertū  
ipſorum quod exprobrauerunt ti-  
bi DOMINE.

Nos autem populuſ tuuſ &  
oues paſcuæ tuæ, confitebimur ti-  
bi in ſeculum, In generatione &  
generationē annuntiabimus lau-  
dem tuam.

<sup>II.</sup>  
Ne blaſphe-  
meris.

<sup>III.</sup>  
Ut appare-  
at te eſſe  
deſenſorē  
Eccleſiæ &  
piorum.

<sup>IIII.</sup>  
Imprecatio  
contra ho-  
ſtes.

<sup>V.</sup>  
Gratiarum  
actio.

## LIBER

LXXX.

Precatio cōtra hostes Ecclesiæ, eiusdem argumenti cum superiori.

PSALMVS ASAPH, AD  
præcinendum de Rosa testimonij.

a Pascis.  
Propositio,  
Defende  
Ecclesiam.

QVI a regis Israel intende, qui  
deducis uelut ouē Ioseph, Qui  
sedes super Cherubim, manife-  
stare.

Hæ tribus  
sequeban-  
tur arcam.  
Num. 2.  
b consolā-  
re.  
Narratio  
calamita-  
tum.

Coram Ephraim, Beniamin,  
& Manasse, Excita potentiam tu-  
am, & ueni, ut saluos facias nos.

Deus b cōuerte nos, & ostēde  
faciem tuam & salui erimus.

DOMINE Deus exercituum  
quousque irasceris super orationē  
populi tui?

Schalis.

Cibabis eos pane lachrymarū,  
& potabis eos in lachrymis d mē  
sura magna.

Posuisti nos in contradictionē  
uicinis nostris, & inimici nostri  
subfannauerunt nos.

III.  
Repetit pre-  
cationem.

Deus Zebaoth conuerte nos,  
& ostende faciem tuam, & salui  
erimus.

III.

a 1111. Querela, uitem Ecclesiam à Deo ipso ex  
Aegypto in terram Canaan transplantatam & pul-  
cherrime excultam, ab apris hostibus uastari, Esa.  
10. Matth. 21.

a Vitem de Aegypto transtu-  
listi, eiecisti gentes, & plantasti eā.

Dux itineris fuisti in cōspectu  
eius, & plantasti radices eius, &  
impleuit terram.

Operuit montes umbra eius, &  
palmites eius cedri Dei.

Extendit palmites suos usque  
ad mare, & usque ad flumen pro-  
pagines eius.

Vt quid destruxisti maceriam  
eius, & d uindemiant eam omnes  
qui prætergrediuntur uiam?

d decerpūt  
propaginē  
uitis .i. gen-  
tium.

Deuastauit eam aper de sylua,  
& fera campi depasta est eam.

v.

DEus Zebaoth, conuertere re  
spice de cœlo, & uide, & uisita ui-  
tem istam.

Petit con-  
seruari Ec-  
clesiam col-  
lectam ex  
Iudæis &  
gentibus.

Et confirma eam quam plan-  
tauit dextera tua, & super filium,  
quem confirmasti tibi.

Incensa

## LIBER

Incensa igni & suffusa, ab increpatione uultus tui pereant.

Per uirum & filium hominis intelligit totam Ecclesiam.

Fiat manus tua super uirū dexteræ tuæ, & super filium hominis quem confirmasti tibi.

Et non discedemus à te, uiuifica nos, & nomen tuum inuocabimus.

VI.  
Gratiarum actio.

DOMINE Deus Zebaoth conuerte nos, & ostende faciem tuam, & salui erimus.

## LXXXI.

Exhortatio ad totam Ecclesiam, continens doctrinam primi præcepti, illum solum Deum esse colendum, qui certis testimoniis, ut eductione Israelis ex Aegypto, & hoc tēpore missio filio & donato Spiritu sancto & uerbo se patefecit, cui exhortationi additur in fine concio de pœnitentia. Est autē Psalmus solitus decantari in festo tabernaculorum.

## AD PRÆCINENDVM SVPER

*Githith, Psalmus David.*

I.  
Propositio, Gratias agimus Deo pro libera-

EXultate Deo adiutori nostro, iubilate Deo Iacob.

Sumite Psalmum & date tympanum, Psalterium iucundum cithara. Buccina

Buccinate in neomenia tuba, tione ex  
Aegypto.  
a Festo Ta-  
bernaculo-  
rum.  
in insigni die a solennitatis uestre.

Quia præceptum in Israel est,  
& iudicium Deo Jacob.

Testimonium in Ioseph posuit II.  
Ratio.  
Leuit. 23.  
illud, cū exiret de terra Aegypti,  
linguam quam non nouerat au-  
diuit.

Cum leuarem ab oneribus hu III.  
Cur institu-  
tum, ad re-  
tinendam  
memoriam  
liberatio-  
nis.  
merum eius, & manus eius ab ol-  
lis recesserunt.

In tribulatione inuocasti me,  
& liberaui te, exaudiui te in ab-  
scondito tempestatis, probaui te Exod. 17.  
apud aquam cōtradictionis, Sela.

AVdi populus meus, & conte IIII.  
Exhortatio  
doctrinam  
primā præ-  
cepti conti-  
nens.  
stabor te, Israel si audieris me.

Non erit in te Deus peregri-  
nus, neque adorabis Deum alie-  
num.

Ego enim sum DOMINVS  
Deus tuus, qui eduxi te de terra  
Aegypti, dilata os tuum, & imple  
bo illud.

Et non audiuit populus meus V.  
Querela.



LIBER

uocē meā, & Israel nō uoluit me.

VII.  
Pœna pec-  
cati.

Et dimisi eos secundum desire-  
ria cordis eorū, ibunt in adinuen-  
tionibus suis.

VII.  
Causæ cala-  
mitatum &  
est concio  
pœnitentię.

Si populus audisset me Israel,  
si in uis meis ambulasset.

Breui inimicos eorum humili-  
liaſsem, & super tribulantes eos  
miſiſsem manum meam.

Odiētes DOMINVM frustra  
conarentur aduersus eum, & es-  
set tempus eorum in secula.

Et cibasset illos ex adipe frumē-  
ti, & de petra melle saturasset eos.

LXXXII.

Consolatio piorum, qui à Tyrannis  
opprimuntur, fore ut pereant.

PSALMVS ASAPH.

i.  
Narratio.

DEus stetit in Synagoga Dei,  
in medio autem Deorū diju-  
dicat.

II.  
Obiurga-  
tio tyran-  
norum.

Vſquequo iudicatis iniquita-  
tem, & personas impiorum susci-  
pietis?

III.  
Officium

Iudicate egeno & pupillo, op-  
pressum

pressum & pauperem iustificate. boni magi-  
stratus.

Eripite pauperem, & egenum III.

de manu impij liberate. Pœna ne-  
glecti offi-  
cij.

Nescierunt neque intellexerunt, in  
in tenebris ambulant, mouebun-  
tur omnia fundamenta terræ.

Ego dixi, Dij estis, & filij excel-  
si omnes.

Vos autem sicut homines mo- v.  
riemini, & sicut unus de principi-  
bus cadetis. Commina-  
tio.

Surge Deus iudica terrã, quo- Ioan. 10.  
niam tu hreditabis omnes gētes. v. i.

**LXX XIII.** Precatio ut  
Deus ipse  
regat men-  
tes princi-  
pum & ser-  
uet Respu.

Eiusdem argumenti, cuius est Psal-  
mus lxxx. Oratio Ecclesiæ contra Ty-  
rannos uastatores.

**PSALMVS CANTICI**

*Asaph.*

**D**Eus ne taceas, neque fileas, & i.  
non quiescas ô Deus. Precatio,  
defende Ec-  
clesiam.

Quoniam ecce inimici tui tu- ii.  
multuantur, & qui oderunt te ex-  
tulerunt caput. Ratio.

Contra populum tuũ callide iii.  
cōposuerunt consilium, consulta-  
periculorũ.

LIBER

a absconditi sunt sancti quos mundus non nouit. runt aduersus a absconditos tuos. Dixerunt, uenite & disperdamus eos de gente, & non memoretur nomen Israel ultra.

Quoniam consularunt unanimititer, simul aduersus te foedus disposuerunt.

IIII.  
Enumeratio hostium.

Tabernacula Idumeorum & Hismaelitarum, Moab & Agareni.

Gebal & Ammon, & Amalech, Philistini cum habitantibus Tyron.

Filij Loth,  
Moab &  
Ammon.  
Gen. 19.  
Iudic. 7. &  
4.  
Iudic. 7.

Etenim Assur adiunget se illis, facti sunt in adiutorium filij Loth.

FAC illis sicut Midian & Sissara, sicut Iabin in torrente Kisson.

Disperierunt in Endor, facti sunt ut stercus terrae.

Pone principes eorum sicut Oreb & Zeb, & Zabee, & Salmana, omnes principes eorum.

Qui dixerunt, haereditate possideamus sanctuarium Dei.

a Turbinem.

Deus meus pone illos ut a rotam, et sicut stipulam ante faciem uenti.

Sicut

Sicut ignis qui comburit syl-  
uam, et sicut flamma comburens  
montes,

Ita persequeris illos in tempe-  
state tua, & in ira tua turbabis  
eos.

Imple facies eorū ignominia,  
et quærent nomē tuū **DOMINE**.  
Erubescant et cōturbentur in  
seculum seculi, et cōfundantur. et  
pereant.

V.  
Cur impre-  
cetur mala  
hostibus.

Et cognoscāt quia tu, et nomē **b Dominus**  
tibi **b Iehoua**, et tu solus altissi-  
mus in omni terra.

## LXXXIII.

Insigne Encomium Ecclesiæ & uer-  
bi Dei, & quam res sit præclara esse in-  
colam domus Dei, frui æternis illius  
bonis.

## PSALMVS FILIORVM

*Corah, ad præcinendum  
super Githith.*

**Q**uam dilecta tabernacula tua  
**DOMINE Zebaoth.**  
Concupiscit et deficit anima

1.  
Propositio  
summum  
bonum est

esse mem-  
brum Eccle-  
siae.

mea in atriâ DOMINI, Cor meum  
& caro mea exultauerunt in Deum  
uiuum.

a 11. Illustris comparatio, Ecclesia est eorum nidus,  
cui incubat Spiritus sanctus ad excludendos & re-  
generandos filios Dei tanquam pullos.

a Etenim passer inuenit sibi do-  
mum et hirundo nidum sibi, ubi  
ponat pullos suos, Altaria tua  
DOMINE Zebaoth, Rex meus  
et Deus meus.

Επιφάνη-  
μα,

Beati qui habitant in domo tua,  
in secula seculorum laudabunt te,  
Sela.

b 111. Consolatio doctorum Ecclesiae, fore mis-  
eros, & tamen habituros benedictiones & felices suc-  
cessus in ministerio.

b Beatus uir cui tu fortitudo es,  
et in corde eius semitæ tuæ.

Fons, uerbi  
Dei propa-  
gatio.

Qui transit per uallem lachry-  
marum et fontem fodit, certe benedi-  
ctionibus coronabitur Doctor.

1111.  
Orat serua-

Pergunt de uictoria in uictori-  
am, ut appareat in Zion Deus.

DOMI-



DOMINE Deus Zebaoth  
exaudi orationem meā, auribus  
percipe DEVS Iacob, Sela.

ri Ecclesiā  
& pios do-  
ctores.

Protectōr noster aspice Deus,  
& respice in faciem Christi tui.

v.

Quia melior est dies una in a-  
trijs tuis super millia, Elegi a abie-  
ctus esse in domo Dei mei, magis  
quam habitare in tabernaculis  
impiorum.

Redit ad  
præconiū  
Ecclesiæ  
a Sedere in  
limine.

c. vi. Consolatio, erit Ecclesia afflicta, sed ha-  
bebit suum solem, scutum, gratiam, gloriam & bo-  
na præsentia & æterna.

Quia sol & scutum DOMI-  
NVS Deus, gratiam & gloriā da-  
bit DOMINVS, Nō priuabit bo-  
nis eos qui ambulāt in innocētia.

vii.

Promissio,  
sed hæc bo-  
na fide acci-  
piēda sunt.

DOMINE Zebaoth, Beatus  
homo qui sperat in te.

## LXXXV.

Deprecatur iram Dei, & petit restitui ueram do-  
ctrinam, ueros cultus Dei, & pios doctores, reddi bo-  
nos principes, pacem, fertilitatem coli, quæ omnia  
propter peccata sua amiserant.

Q iij

## LIBER

## AD PRAECINENDVM

*Psalms filiorum Chore.*

I.

Precatio;  
ante fuisti  
propitius,  
ergo & hoc  
tempore  
miserere  
nostri.

**B**enedixisti DOMINE terram  
tuam, auertisti captiuitatem  
Iacobi.

Remisisti iniquitatem plebis  
tuæ; operuisti omnia peccata eo-  
rum, Sela.

Mitigasti omnem iram tuam,  
auertisti à furore iram tuam:

a Consola-  
re.

a Conuerte nos Deus salutaris  
noster, et auerte iram tuam à  
nobis:

Nunquid in æternum irasceris  
nobis? aut extends iram tuam à  
generatione in generationem.

An non tu conuersus uiuifica-  
bis nos? et plebs tua lætabitur  
in te?

II.

Repetitur  
precatio:  
Restitue  
doctrinam  
ueram &  
ueros cul-  
tus.

Ostende nobis DOMINE  
misericordiam tuam, et salutare  
tuum da nobis.

Audiam quid loquatur DO-  
MINVS Deus, quoniam loque-  
tur pacem ad plebem suam, Et su-  
per

per sanctos suos, ut non conuertantur ad stulticiam.

x Veruntamen prope timentes eum salutare ipsius, ut inhabitet gloria in terra nostra.

Vt misericordia & ueritas obuiant sibi, iusticia & pax osculentur se.

Vt ueritas de terra oriatur, & iusticia de caelo prospiciat.

Vt DOMINVS det benignitatem, & terra nostra det fructum suum.

Vt iusticia ante eum ambulet, & ponat in uia gressus suos.

## LXXXVI.

Precatio ualde ardens & pathetica, pro liberatione expericulis & hostibus.

## ORATIO DAVIDIS.

I Nclina DOMINE aurem tuam, & exaudi me, quoniam inops & pauper sum ego.

Custodi animam meam quoniam sanctus sum, saluum fac seruum tuum Deus meus sperantem in te.

R

b id est, confirmati uerbo non fremant contra Deum.

x. III.

Promissio, ubi timetur Deus, ibi Ecclesia & Republicæ florent.

I.

Propositio subinde repetita semper additis rationibus cur sit exaudiendus & seruandus.

LIBER.

Miserere mei DOMINE, quoniam ad te clamaui tota die.

Lætifica animam serui tui, quoniam ad te DOMINE animam meam leuabo.

ii. **Cōsolatio.** Quoniam tu Domine bonus & propitius, & multæ misericordiæ omnibus inuocantibus te.

Auribus percipe DOMINE orationem meam, & intende uoci deprecationis meæ.

In die tribulationis meæ clamaui ad te, quia exaudisti me.

iii. **Admiratur Dei bonitatem.** NON est similis tui in dijs Domine, & non secundū opera tua.

iiii. **De gentiū uocatione.** Omnes gentes quascunque fecisti, uenient & adorabunt coram te Domine, & glorificabunt nomen tuum.

Quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia, tu es Deus solus.

v. Petit se regi uerbo, & à Spiritu sancto accendi in corde fidem, timorem et obedientiam erga Deum.

Doceme DOMINE uiam tuam

am, & ingrediar in ueritate tua,  
unias cor meum ut timeat nomē  
tuum.

CONFITEBOR tibi Domine  
Deus meus, in toto corde meo,  
& glorificabo nomen tuum in æ-  
ternum.

VI.  
Gratiarum  
actio pro li-  
beratione.

Quia misericordia tua magna  
est super me, & eruisti animam  
meam ex inferno inferiori.

Deus præfracti insurrexerunt  
super me, & Synagoga potentiū  
quæsierunt animam meam, et nō  
posuerunt te in conspectu suo.

VII.  
Querelade  
hostibus.

Et tu Domine Deus miserator  
& misericors, tardus ad iram &  
multæ misericordiæ & uerax.

Respice in me & miserere mei,  
da fortitudinem tuam seruo tuo,  
& saluum fac filium ancillæ tuæ.

Fac meum signum ad bonum,  
ut uideant qui oderunt me, & cō-  
fundantur, quoniam tu DOMI-  
NE adiuuisti me, & consolatus  
es me.



LIBER  
LXXXVII.

Prophetia de Ecclesia noui Testa-  
menti, & eius propagatione per totum  
terrarum orbem.

PSALMVS CANTICI  
filiorum Chore.

I. Ecclesia ubi? Ibi ubi fundamen-  
tum Christus, doctrina Prophetarū &  
Apostolorū est, 1. Cor. 3. Eph. 2. Apoc. 21.

II.  
Ecclesiam  
diligi & de-  
fendi à  
Deo.

FVndamenta eius in montibus  
sanctis.

Diligit DOMINVS portas  
Zion super omnia tabernacula Ia-  
cob.

III. Doctrina Ecclesie, uox Euange-  
lij gloriosa.

Gloriosa dicta sunt de te, ciui-  
uitas Dei, Sela.

III. Quid sit Ecclesia? cœtus uisibi-  
lis collectus & regeneratus per uocem  
Euangelij & Spiritum sanctum ex Iu-  
dæis & omnium gentium populis per  
totum terrarum orbem.

a Aegyptū.  
Esa. 30

Memorari faciam a Raab, Ba-  
bylonem ut cognoscant me, Ecce  
Philistea & Tyrus cum Aethio-

pia

pia nascentur ibi.

Et de Zion dicetur *b* homo & *b* hic & il-  
homo natus est in ea, & ipse fun-  
clavit eam altissimus.

DOMINVS narrabit in scriptu-  
ris populorum, iste natus est ibi,  
Sela.

Et cantores sicut ducētes cho-  
rum omnes modulationes mea  
in te.

## LXXXVIII.

Precatio qua petitur liberatio ab  
horroribus & sensu peccati, mortis,  
iræ & iudicij Dei, quales sunt Psalmi 6.  
22. 30. 31. 38. 69.

PSALMVS CANTICI FILI-  
orum Corah, ad præcinendum super  
Machalit, propter afflictionem  
Heman Ezrahite, eru-  
dituum.

DOMINE Deus salutis meæ, in  
die clamaui, & nocte corā te.  
Intret in conspectu tuo oratio  
mea, Inclina aurem tuam ad pre-  
cem meam.

R iij

## LIBER

11.

Ratio &  
narratio tri-  
stissimarū  
calamitatū  
quas mira-  
bilibus figu-  
ris & simi-  
litudinibus  
amplificat.

Quia repleta est malis anima  
mea, & uita mea inferno appro-  
pinquauit.

Aestimatus sum cum descen-  
dentibus in lacum, factus sum sicut  
homo sine adiutorio.

Inter mortuos desertus sum, sicut  
uulnerati dormientes in sepul-  
chris, quorum non est memoria  
amplius, & ipsi de manu tua re-  
puli sunt.

Posuerunt me in lacu inferiori in  
tenebrosis, et in umbra mortis.

Super me confirmatus est furor  
tuus, et omnes fluctus tuos in-  
duxisti super me, Sela.

Longe fecisti notos meos a  
me, posuerunt me abominationē  
sibi, incarceratus sum, & non pos-  
sum egredi.

Psalm. 6.

Oculi mei lauguerunt, propter  
afflictionē clamaui ad te DOMI-  
NE, tota die expandi ad te ma-  
nus meas.

11.

Peto libera

NUQuid mortuis facies mira-  
bilia,

bilia, aut mortui resurgent, & cōfitebuntur tibi: Sela.

Nunquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiā tuam: Et ueritatem tuam in perditione?

Nunquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua, & iusticia tua in terra obliuionis?

ET ego ad te DOMINE clamaui, & mane oratio mea præueniet te.

Vt quid DOMINE repellis a nimam meam? Abscondis faciē tuam à me?

Afflictus sum ego, & exanimatus à iuuentute mea, tuli terrores tuos fere ut deficiam.

In me transferunt iræ tuæ, & terrores tui conturbauerunt me.

Circūdederunt me sicut aqua tota die, circūdederunt me simul.

Elongasti à me amicum et proximum, & notos meos propter miseriam.

ri ut te celebrem, & doctrinam tuā late spargā.

III.  
Redit ad  
precaionē  
& querelā  
ealamitatō

LIBER  
LXXXIX.

Insignis prophetia de Christo & eius regno, & est interpretatio promissionis factæ Dauidi 2. Reg. 7.

ERVDITIVVM ETHAN

*Ezrahite.*

1. Propositio, Prædicabo misericordiam Dei in Christo orbiterarum exhibitam.

Misericordias DOMINI in æternum cantabo, In generatione & generationem, annuntiabo ueritatem tuam in ore meo.

Ioan. 1.

Gratia & ueritas per Iesum Christum facta est.

Quoniam dixi, In æternum misericordia ædificabitur, in cœlis præparabitur ueritas tua.

11. Narratio & interpretatio promissionis factæ Dauidi 2. Reg. 2. Christi regnum fore cœleste, spirituale & æternum.

Posui testamentum electis meis, iuravi Dauid seruo tuo.

Vsq̄ue in æternum preparabo semen tuum, & ædificabo in generatione & generationem thronum tuum, Sela.



1111. Digressio in qua magnifice et copiose prædicat potentiam & misericordiam Dei, declaratam per totum orbem terrarum.

Confitebuntur cœli mirabilia tua DOMINE, & ueritatem tuam in Ecclesia sancta.

Quoniam quis in nubibus equarabitur DOMINO? Quis similis erit DOMINO inter filios Deorum?

1111.  
Prædicat potentiam Dei immensam.

Deus potens in concilio sanctorum, magnus & terribilis super omnes qui in circuitu eius sunt.

DOMINE Deus Zebaoth quis similis tibi? Potens es Domine, & ueritas tua in circuitu tuo.

Tu dominaris tempestati maris, motum autem fluctuum eius tu mitigas.

Alludit ad miracula in Aegypto facta.

Tu contriuisisti sicut uulneratum a Rahab, in brachio uirtutis tuæ disperxisti inimicos tuos.

a Aegyptum.

Tui sunt cœli & tua est terra,

LIBER

orbē terræ & plenitudinem eius  
tu fundasti.

Aquilonem & Meridiem tu  
creasti, Thabor & Hermon in no  
mine tuo exultabunt.

Tuum brachium robustum,  
Roboras manum tuam, & exal  
tas dexteram tuam.

v. Hic orditur prædicare ineffabile  
bonitatem & misericordiã Dei, quod  
miserit Filium, dederit Euangelium.

Iusticia & iudicium firmamen  
tum sedis tuæ, Misericordia & ue  
ritas præcedent faciem tuam.

Επιφάνη  
μα.

Beatus populus qui scit iubila  
tionem, D O M I N E in lumine uul  
tus tui ambulabunt.

vii.  
Christus ui  
toria & uir  
tus nostra,  
in quo uin  
cimus mun  
dum, pecca  
tū, mortē,  
diabolum.

1. Cor. 15.

1. Iohan. 5.

Et in nomine tuo exultabunt to  
ta die, & in iusticia tua exultabun  
tur.

Quoniam gloria uirtutis eorū  
tu es, & beneuolentia tua exalta  
bitur cornu nostrum.

Quia D O M I N U S est scutum  
nostrum, & sanctus Israel Rex no  
ster.

VII. Redit ad supra institutã interpretationẽ promissionis David factę. 2. Re. 7. Atque hæc omnia quæ sequuntur ad Christum referenda sunt, ut docet Epistola ad Heb. Cap. 1.

Tunc locutus es in uisione sanctis tuis, & dixisti, posui auxiliatorem præpotentem, & exaltaui electum de populo.

Inueni David seruum meum, oleo sancto meo unxi eum.

Manus enim mea auxiliabitur ei, & brachiũ meũ cõfortabit eũ.

Nihil proficiet inimicus cõtra eum, & filius iniquitatis non affliget eum.

Et concidã à facie ipsius inimicos eius, & odientes eũ percutiã.

Et ueritas mea & misericordia mea cum ipso, & in nomine meo exaltabitur cornu eius.

Et ponam in mari manum eius, & in fluminibus dexteram eius.

Ipse uocabit me, pater meus es tu, Deus meus & petra salutis meæ.

## VIII.

Describit regnũ Christi esse regnum misericordie & remiss. peccatorũ, cœlestē & spirituale ac æternum, quod orbẽ terrarum cõplectitur

Et

Luc. 1. Re-  
gni eius nō  
erit finis.

Et ego primogenitum ponam  
illū, excelsum præ regibus terræ.  
In æternum seruabo illi miseri-  
cordiam meam, & testamentum  
meum fidele ipsi.

ix.  
Minatur  
pœnas trās-  
gressoribus  
præcepto-  
rum Dei,  
quæ postea  
fecerunt.

x.  
Ingens con-  
solatio, pro  
missiones  
Dei non fie-  
ri irritas  
propter no-  
stra pecca-  
ta.

Et ponā in seculū seculi semē ei-  
us, & thronū eius sicut dies cœli.

Si autē dereliquerint filij eius  
legem meam, & in iudicijs meis  
non ambulauerint.

Si statuta mea prophanauerint,  
& mandata mea nō custodierint.

Visitabo in uirga iniquitates  
eorum, & in uerberibus peccata  
eorum.

Misericordiam autem meam  
non auferam ab eo, neque men-  
tiar in ueritate mea.

Neque prophanabo testamen-  
tum meum, & qui procedunt de  
labijs meis non faciam irrita.

Semel iurauī per sanctitatem  
meam, non mentiar Dauidi.

Semē eius in æternū manebit,  
& thronus eius sicut Sol in cōspe-  
ctu meo.

Et

Et sicut Luna permanebit in  
æternū, & testis in nubibus fide-  
lis, Sela.

xi. Prophetia & commemoratio calamitatū que  
futuræ erant ante Christum exhibitum, in hoc po-  
pulo per Assyrios, Babylonios, Antiochum & Roma-  
nos, & que uastitates post exhibitum Christum secu-  
turæ sint in Ecclesia postremis temporibus, per Ma-  
chometum & Romanos pontifices.

AT tu repulisti & abominatus  
es, exarsisti contra Christum tuū.

Irritum fecisti testamentū ser-  
ui tui, & prophanasti ad terram co-  
ronam eius.

c Proculca-  
sti.

Destruxisti omnes muros eius,  
posuisti munitiones eius in destru-  
ctionem.

Diripuerunt eum omnes tran-  
seuntes uia, factus est opprobriū  
uicinis suis.

Exaltasti dexteram deprimen-  
tū eum, latificasti omnes inimi-  
cos eius.

Auertisti aciem gladij eius &  
non crexisti eum in bello.

Cessare fecisti mundiciem eius,

&



XII.  
 Precatio  
 qua petit  
 exhiberi  
 Christum,  
 & postea  
 perpetuo  
 regi, defen-  
 di & serua-  
 ri Ecclesiã  
 & regum  
 Christi.

& sedem eius in terram collisisti.

Abbreuiasti dies iuuentutis ei-  
 us, operuisti eum confusione, Sela.

VSquequo DOMINE absco-  
 deris in perpetuum: Exardescit si-  
 cut ignis ira tua.

Recordare quam breuis uita  
 mea, nunquid frustra creasti om-  
 nes filios hominum.

Quis uir uiuet & non uidebit  
 mortem: Eruet animam suam de  
 manu inferni, Sela.

Vbi sunt misericordiae tuae an-  
 tiquae Domine, sicut iurasti Da-  
 uid in ueritate tua.

Memor esto Domine opprobrii  
 seruorum tuorum, quod multa-  
 rum gentium portavi in sinu meo.

Quod exprobrauerunt inimici  
 tui DOMINE, quod exprobraue-  
 runt uestigijs Christi tui.

XIII.  
 Gratiarum  
 actio.

Benedictus DOMINVS in æ-  
 ternum, Amen, Amen.

LIBER QVARTVS▶

XC.

Oratio, docet Psalmus quæ sit causa mortis & tristissimarum calamitatum humanarum, peccatum nempe & humanæ naturæ corruptio, à quibus malis ostendit nos liberandos per gratiam, hoc est, donato Christo quem mitti petit. In fine orat regi, defendi, seruari Ecclesias, politias & œconomias.

ORATIO MOYSI VIRI DEI.

a I. Propositio & consolatio, Deus qui ipsa uita & æternus est, et habitaculum piorum. Ergo Ecclesia ab eo tempore quo primum in Adam & Eua renata est, non moritur in omnem generationem & æternitatem, Quia Deus, est Deus uiuorum.

a Domine b refugium tu factus b habitaculum.  
Des nobis, à generatione in generationem.

Priusquam montes fierent, aut formaretur terra & orbis, à seculo & usque in seculum, tu es Deus. Ratio pro-  
V S. positionis.

b II. Quæ sit causa mortis & omnium ærumnarum humani generis, ira Dei propter peccatum, iuxta illud, in qua cunque die comederis, morte morieris.

b Qui

h Domin<sup>9</sup> b Qui redigis hominem ad nihil  
 mortificat hilū, & dixisti, reuertimini filij ho-  
 & uiuificat. minum.

1.Reg. 2.

2.Pet. 2.

Quoniam mille anni ante oculos tuos, tanquam dies hesternæ quæ præterijt, & sicut uigilia nocturna.

IIII.

Narratio calamitatū humanarū amplificata illustribus similitudinibus.

Facis diffluere eos sicuti nimbium, somnium sunt, sicut gramē quod subito exarescit.

Quod mane floret & mutatur uesperis, exciditur & arefcit.

QVIA defecimus in ira tua, & in furore tuo turbati sumus.

V.

Redit ad causā mortis & calamitatum.

Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo, occulta nostra in lumen uultus tui.

VI.

Redit ad querelam de miseris generis humani.

Eccles. 18.

Quoniam omnes dies nostri declinant præ ira tua, consumimus annos nostros sicut fabulā.

Dies annorum nostrorum septuaginta anni, aut ad summum octoginta anni, è quibus quod optimum est, est molestia & labor, transitus enim celer est & uolamus.

e vii. Alia quærela, ingens est furor tuus, sed homines impij hanc iram tuam contemnunt securi.

c Quis nouit potentiã iræ tuæ,  
& quis metuit iram tuam.

d viii. Precatio, Doce nos agnoscere hanc immensam iram tuam, uitæ breuitatem & fragilitatem & miseras nostras, ut te timeamus, quam iram tuã impij non curant & contemnunt, quanquam & ipsi oppressi morte & miserijs.

d DOce nos ut sciamus numerum dierum nostrorum, ut ambulemus corde sapienti.

e ix. Altera precatio, deprecamur æternã mortem et iram tuam sæuientem propter peccatũ in totum genus humanum. Petimus igitur ut qui hactenus post lapsum Adæ sub afflictione, & opere diaboli, sub ira, peccato & morte fuimus, ut tuum opus Christum nobis mittas, qui hæc Diaboli opera destruat, & nobis æternam iusticiam & uitam donet, & ut agnitio Christi in Ecclesia in omnem posteritatem luceat.

e Conuertere D O M I N E, usque quousque et deprecabilis esto super seruos tuos.

Reple nos mane misericordia tua, & exultabimus & delectabimur omnibus diebus nostris.

LIBER

Latifica nos post dies afflictionis nostræ, & post annos quibus uidimus afflictionem.

Appareat seruis tuis opus tuum, & gloria tua filijs eorum.

f Petimus cōdonari nobis reliquias peccati, regi, defendi, conseruari Ecclesiasticas, Respublicas & Oeconomias, ut earum opera tibi sint grata, ne à Satana labefactentur.

f Et sit iucundus Dominus Deus noster super nos, & opera manuum nostrarū confirma super nos, & ipsum opus manuum nostrarum confirma.

XCI.

Consolatio est, qui confidunt Domino & fide promissionum diuinarum se sustentāt & armant, hi iuuātur & defenduntur à Deo in periculis. Docet hīdē. Quidā referunt Psalmum ad Historiā. 2. Reg. 24. de peste grassante in populum.

1. **Q**ui habitat in abdito altissimi, & in umbra omnipotentis commoratur: Dicit DOMINUS, spes mea & munitio mea, Deus



Deus meus, sperabo in eum. protectore.

Quoniam ipse liberabit te de laqueo uenantium, & à peste exitiali. 11.  
Ratio & promissio, quifidepromissionum diuinarum se muniūt, tuti sunt ab omnis generis periculis.

Pennis suis teget te, & sub aliis eius sperabis, Scutum & clypeus est ueritas eius.

Scutum piorum sunt promissiones Dei fide apprehensæ. 1. *Thess. 5.* indui thoracem fidei *Ephe. 6.*

Ne timeas à timore nocturno, & à sagitta uolante in die.

A peste grassante in tenebris, et à pestilētia prædāte in meridie. 111.  
Consolatio pios seruari, impios deleri.

Et si cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis, ad te tamen non appropinquabit.

Utique oculis tuis cernes, et retributionem impiorum uidebis. b 1111.  
Explicat in genere quod supra in specie figurate de omni malo dixit.

Quoniam tu es DOMINE spes mea, altissimum posuisti habitaculum refugij tui.

b Non affliget te malum, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.

LIBER

Math. 4.  
De ministe-  
rio angelo-  
rum.

Quoniam angelis suis manda-  
uit de te, ut custodiant te in omni-  
bus uis tuis.

In manibus portabunt te, ne  
forte offendas ad lapidem pedem  
tuum.

Species pro  
genere &  
omnibus  
que nocere  
possunt.

Super leonem & aspidē ambu-  
labis, & cōculcabis catulum leo-  
nis & draconem.

v.  
Consolatio  
& promif-  
sio speran-  
tes in Do-  
minum ser-  
uari.

Quoniam desyderat me, libe-  
rabo eum, protegam eum, quo-  
niam cognouit nomen meum.

Clamauit ad me, & ego exau-  
diam eum cum ipso sum in tribu-  
latione, eripiam eum & glorifica-  
bo eum.

Longitudine dierū replebo eū,  
& ostendam illi salutare meum.

XCI.

Gratiarum actio quod Ecclesiam et  
pios seruat Deus, deletis impijs quantū  
uis antea florebant.

PSALMVS CANTICI IN  
die Sabathi.

i.  
Propositio

BONUM est confiteri DOMI-  
NO,

NO, & psallere nomini tuo altissime.

gratias ago tibi, & bonitatem tuam predicō semper.

Ad annunciandum mane misericordiam tuam, & ueritatem tuam per noctem.

In decachordo & psalterio, cū cantico & cithara.

Quia lætificasti me DOMINE in operibus tuis, & in factis manuum tuarum exultabo.

Quam magna sunt opera tua DOMINE & ualde profunda sunt cogitationes tuæ.

II.  
Ratio quia mirabiliter regis & defendis Ecclesiam & pios.

Vir insipiens non cognosceret, & stultus non intelliget hæc.

Cur floruerint impij sicut gramen, & uernauerint omnes qui operantur iniquitatem, ut intereant in seculum seculi.

III.  
Amplificat collatione. Ecclesia, quanquā oppressa uidetur, exaltatur & impij qui florent delentur.

Tu autem altissimus in æternū DOMINE.

Quoniam ecce inimici tui DOMINE, quoniam ecce inimici tui peribunt, & dispergentur omnes qui operantur iniquitatem.

LIBER

**Et exaltabitur sicut unicornis cornu meū, & ungar oleo recēti.**

**Et uidebit optata oculus meus in inimicis meis insurgentibus in me, & de malis quæ uult, audiet auris mea.**

VIII.  
Promissiones, & consolationes Ecclesiæ & piorum.

Iustus ut palma florebit, sicut cedrus Libani multiplicabitur.

Plantati in domo DOMINI, in atrijs domus Dei nostri florebunt.

Adhuc germinabunt in senectū, pingues & uirides erunt.

V.  
Causa finalis cur pij seruentur.

Ut annuncient quoniam relictus DOMINVS petra mea, & non est iniquitas in eo.

XCIII.

Prophetia de regno Christi per totum terrarum orbem propagando, contra quod etsi Diabolus & mundus ut horrendæ tempestates maris fremant, tamen rex & regnum perpetuo consistent.

I.  
Narratio. Christus induit Euāge

DOMINVS regnavit, decorem induitus est, induitus est DOMINVS fortitudinē & præcinxit

cinxit se. Et enim firmavit orbem  
terra, ut non moueatur.

Parata sedes tua ex tunc, à seculo  
tu es.

Eleuauerunt se flumina DOMI  
NE, eleuauerunt flumina uocem  
suam, Eleuauerunt flumina flu-  
ctus suos.

Fortis sonitus aquarum mul-  
tarum & fluctuum maris, At for-  
tior in excelso DOMINVS.

Testimonia tua fidelia ualde,  
domus tuæ decor est sanctitas, ò  
DOMINE in longitudine dierū.  
XCIII.

Precatio contra hypocritas & fal-  
sos doctores ac tyrannos oppressores  
piorū, ut illis repressis, Deus seruet Ec-  
clesiam.

DEUS ultionum DOMINVS,

Deus ultionum appare.

Exaltare qui iudicas terram.

VSquequo impij DOMINE,

usquequo impij exultabunt?

Effabuntur & loquentur præ-

fracta, loquentur omnes qui ope-

ratur iniusticiā.

S iiii

liū, quod est  
potentia  
Dei ad salu-  
tē omni cre-  
denti, per  
quod reg-  
nat in orbe  
terrarum.

II.

Hoc regnū  
opprimere  
conantur  
Tyrāni, sed  
seruatur.

III.

Encomium  
uerbi.

I.

Propositio  
Reprime  
impios do-  
ctores &  
principes  
tyrannos.

II.

Narratio.



LIBER

III. Populum tuū DOMINE humiliauerunt, & hæreditatem tuā uexauerunt.  
 Accusat impios doctores.

IIII. Viduam & aduenam interfe-  
 cerunt, & pupillos occiderunt.  
 Accusat tyrannos uastatores Ecclesie et rerumpub.

Et dixerunt, non uidebit DOMINVS, nec intelligit Deus Iacob.

Intelligit insipientes in populo, & stulti quando sapietis?

V. Qui plantauit aurem non audiret: aut qui finxit oculum non uideret?  
 Taxatur impiorum securitas.

VI. Qui corripit gentes non argueret, qui docet hominem scientiam.  
 Obiurgatio & comminatio.

DOMINVS scit cogitationes hominum, quoniam uanæ sunt.  
 I. Cor. 3.

VII. Beatus homo quem tu erudieris DOMINE, & de lege tua docueris eum.  
 Cõsolatur Ecclesiam afflictam fore ut tandem libere tur.

Vt pares tranquillitatem ei a diebus malis, donec fodiatur impio fouea.

Quia nõ repellet DOMINVS  
 ple

plebem suam, & hæreditatem suã  
non derelinquet.

Quoniam adhuc iusticia reuer-  
tetur ad iudicium, & illam sequẽ-  
tur omnes qui recto sunt corde.

Quis surget mecum aduersus  
malignantes? Aut quis stabit me-  
cum aduersus operantes iniqui-  
tatem?

Nisi DOMINVS adiuuisset me,  
parum abfuisset quin in a silen-  
tio iacuisset anima mea.

Cum dicerem, motus est pes  
meus, misericordia tua DOMI-  
NE sustentabat me.

Secundum multitudinem do-  
lorum meorum in corde meo, cõ-  
solationes tuæ lætificauerunt ani-  
mam meam.

Nũquid cõiunget te sibi sedes  
iniquitatis, quæ fingit miseriam  
suo more.

Accingunt se contra animam  
iusti, & sanguinem innocentem  
condemnant.

VIII.

Proponit  
suũ exem-  
plum toti  
Ecclesiæ.  
a silentio  
id est, in in-  
ferno.

2. Corin. 6.  
Ne ducatis  
iugum cũ  
incredulis.

LIBER

IX.  
 Repetit in refugium, & Deus meus in pes-  
 consolatio tram spei meæ.  
 nem.  
 X.  
 Commina- Et reddet illis iniquitatem ip-  
 tio. forum, et in malicia eorum disper-  
 det eos, disperdet illos DOMI-  
 NVS Deus noster.

XCV.

Prophetia de Christo & eius regno, & exhortatio  
 ut huic regi obediamus, quod nisi fiat, fore ut que-  
 madmodum propter inobedientiam patres terram  
 promissam intrare non potuerint, ita & nos non in-  
 gressuros in quietem æternæ uitæ. Interpretatione  
 huius Psalmi habes Heb. 3.

I.  
 Exhortatur VENITE exultemus DOMINO,  
 totam Ec- iubilemus Deo salutari nostro.  
 clesiam ad Præoccupemus faciem eius in  
 gratiarum confessione, & in Psalmis iubile-  
 actionem mus ei.  
 & laudem  
 Dei. Quoniam Deus magnus DO-  
 II. MINVS, & rex magnus super om-  
 Rationes nes Deos.  
 subiiciun-  
 tur & de- Quid in manu eius sunt absco-  
 ser ptiones dita terræ, & altitudines montium  
 Christi. ipsius sunt.

Quo

Quoniam ipſius eſt mare et ipſe fecit illud, & ſiccā manus eius formauerunt.

Venite adoremus & procidamus & procumbamus ante DOMINVM qui fecit nos.

Repetit exhortationem.

III.

Quia ipſe eſt Deus noſter, & nos populus pascuę eius, & oues manus eius.

Christus Deus & homo pastor Eccleſię ſuę.

IIII.

Hodie ſi uocē eius audierit̄s, nolite obdurare corda ueſtra, ut contigit in Meriba & Maſſa in deſerto.

Ergo audite eius uerbum & illi obedite.

V.

Vbi tentauerunt me patres ueſtri, probauerunt & uiderunt opera mea.

Ratio ab exemplo, peribitis ut patres ueſtri.

Quadraginta annis iurgatus ſum cum generatione hac, & dixi, populus errans corde ſuo, & non cognouerunt uias meas.

Quibus iuraui in ira mea,

ſi introibunt in requi-

em meam.

T h̄

LIBER  
XCVI.

Eiusdem argumenti cum priori Psalmo, propheta de Christo & eius regno propagando etiam inter gentes & per totum terrarum orbem. Et exhortatio ad totam Ecclesiam & omnes creaturas, ut hunc Regem celebrent.

a 1. Propositio. Ite in mundum uniuersum & prædicate Euangelium omni creaturæ. Hoc enim est canticum nouum, concio de gratuita remissione propter Christum.

CANTATE DOMINO canticum nouum, cantate DOMINO omnis terra.

Cantate DOMINO & benedicite nomini eius, Euangelizate de die in diem salutare eius.

Gentium uocatio. Annunciate inter gentes gloriam eius, in omnibus populis mirabilia eius.

ii. Ratio quia hic est uerus Deus conditor rerum, & qui misit filium & dedit Euangelium, reliqui dij sunt idola.

QVONIAM magnus DOMINVS, & laudabilis ualde, terribilis est super omnes Deos.

Quoniam omnes dij gentium idola, DOMINVS autem cælos fecit. Magni



Magnificentia & gloria in cōspectu eius, potentia & magnificentia, in sanctuario eius.

iii. Exhortatio ut Regi offeratur hostiæ laudis gratiarum actionis, prædicationis uerbi.

Afferte DOMINO familiæ populorum, afferte DOMINO gloriam & potentiam.

Afferte DOMINO gloriam nominis eius, Afferte hostias & introite in atria eius.

Adorate DOMINVM in ornatu sancto, Commoueatur à facie eius uniuersa terra.

Dicite in gentibus, quia DOMINVS regnauit, Etenim firmavit orbem terræ ne moueatur, iudicabit populos in æquitate.

LAËtentur cœli & exulet terra, commoueatur mare & plenitudo eius.

Gaudebunt campi & omnia quæ in eis sunt, Tunc exultabunt omnes arbores sylvarum.

Coram DOMINO, quia ue-

T iij

III.

Ornamenta regni Christi, uerbum, sacramenta & dona spiritus sancti.

v.

Hortatur ut totus orbis obediat Euangelio & quidem etiam gentes.

vi.

Gratiarum actio pro stabilito regno.

LIBER

nit, quoniam uenit iudicare terram.

k vii. Iudiciū regis est uox Euāgelij, uocās ad pœnitentiā, & annūciāns remissionē peccatorū propter Christū regē.

k Iudicabit orbem terræ in æquitate, populos in ueritate sua.

XCVII.

Eiusdem argumenti cum superiori. Prophetia de regno Christi.

a i. Narratio & descriptio regni Christi, Euangelium est potentia Dei ad salutem omni credenti, sed incredulis potentia ad exitium & ignis consumens damnans impios.

**D**OMINVS regnauit, exultet terra, lætentur insulæ multæ.

Nubes & caligo in circuitu eius, iusticia & iudicium firmamentū sedis eius.

ii.

Describit effectus regni Christi. Lex, pœnitentiæ conicio ostendens peccata & iram Dei.

Ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius.

Aluxerunt fulgura eius orbi terræ, uidit & commota est terra.

Montes sicut cera fluxerunt à facie DOMINI, à facie Domini omnis terra.

Annun

Annunciauerunt cœli iusticiã eius, & uiderunt omnes populi gloriam eius.

111.

Vox Euangelij annu-  
cians remis-  
sionem pec-  
catorũ, gra-  
tis propter  
Christum.

**a** 111. Execratur idololatriam & om-  
nes qui uoce Euangelij non obediunt.  
**a** Confundantur omnes qui a-  
dorant sculptilia, & qui glorian-  
tur in idolis suis, Adorate eũ om-  
nes Dii.

111.

Audiuit & lætata est Zion, Et  
exultauerunt filiæ Iudæ, propter  
iudicia tua DOMINE.

v.

Effectus E-  
uangelij, iu-  
stificati fide  
pacem ha-  
bemus.

Quoniam tu DOMINVS al-  
tissimus super omnẽ terram, ual-  
de exaltatus es super omnes De-  
os.

**b** vi. Præceptum de nouitate ui-  
tæ, quæ iustificatos sequi debet.

vii.

Promissio,  
defendi pi-  
os.

**b** Qui diligitis DOMINVM  
odite malũ, custodit animas san-  
ctorum suorum, de manu impio-  
rum liberabit eos.

Επιφάνει-  
α.

viii.

Gratiarum  
actio pro re-  
gno Euan-  
gelij, dona-  
to.

Lux orta est iusto, & rectis cor-  
de læticia.

Lætamini iusti in DOMINO, &

T iij

## LIBER

gno Euan. & confitemini memorie sanctita-  
gelij dona- tis eius.  
10.

## XCVIII.

Eiusdem argumenti cum prioribus,  
& est exhortatio ad gratiarum actione  
pro regno Christi per orbem terrarum  
propagato.

## PSALMVS.

a 1. Propositio, agite gratias Deo qui  
per Christum brachium suum, destruxit  
peccatum, mortem, diabolum.

**C**ANTATE DOMINO canticū  
nouum, quia mirabilia fecit,  
Saluat dextera sua, & brachio san-  
cto suo.

11.  
Narratio.

Esa. 52. 63.

Seruauit

promissio-

nes de Chri-

sto traditas

Israeli.

111.

Exhortatio

ad gratiarū

actionem.

Notum fecit DOMINVS sa-  
lutare suum, in conspectu gentiū  
reuelauit iusticiam suam.

Recordatus est misericordie  
sue, et ueritatis sue domui Israel.

Viderunt omnes termini terræ  
salutare Dei nostri.

Iubilate DOMINO omnis ter-  
ra, cantate et exultate & psallite.

Psallite DOMINO in cytha

ra, cythara & uoce Psalmi.

In buccinis & uocæ tubæ, Iubilante in conspectu regis DOMINI.

Perstrepat Mare & plenitudo eius, orbis terrarum & qui habitant in eo.

Flumina plaudent manu, simul montes exultabunt.

Coram DOMINO, quoniam uenit iudicare terram in iusticia, & populos in æquitate.

XCIX.

Eiusdem argumenti. Est autem exhortatio ad Ecclesiam omnium temporū, ut gratias agat Deo pro regno Christi, quod primum in Stone & illo populo regni sedem habuit, dedit uerbum, promissiones & certū cultū, dedit Prophetas, duces, doctores, quos iuuat, exaudiuit: Ita quoque semper dabit Doctores, exaudiet & defendet Ecclesiā.

DOMINVS regnat, conturbabitur populi, sedet super Cherubim, mouetur terra.

DOMINVS in Zion magnus, et excelsus super omnes populos.

1111.  
Causa cur lætandum, quia uenit uox Euangelij.

I.  
Propositio, cum Christus regnat fremit mūdus.

II.  
Cōsolatio.



LIBER

II.  
Exhortatio  
ad gratiarū  
actionem.

Confiteantur nomini tuo magno, terribili, quoniam sanctū est.  
III. Descriptio regni, diligit agnoscentes peccata, quibus annunciat remissionem peccatorum, propter regē Christum, & odit præfractos & contumaces.

a Et regnum huius Regis iudicium diligit, Tu firmasti iudiciū in æquitate, & iusticiam in Iacob tu fecisti.

V.  
Repetitur  
exhortatio  
VI.

Exaltate DOMINUM Deū nostrum, et adorare scabellum pedum eius, quoniam sanctum est.

Gratiarum  
actio quod  
omnibus  
ætatibus  
dat Eccle-  
siæ prophe-  
tas.

Moyse, et Aaron in sacerdotibus eius, & Samuel inter eos qui inuocant nomen eius, Inuocabāt DOMINUM, & ipse exaudiebat eos.

Doctores,  
exaudit, &  
seruat Ec-  
clesiam.

In columna nubis loquebatur ad eos, Custodiebant testimonia eius, & præceptum quod dedit illis.

DOMINE Deus noster, tu exaudiebas eos, Deus tu propicius fuisti eis, & ulciscens facta eorū.

Exal-

Exaltate DOMINVM Deum nostrū, et adorare in mōte sancto eius, quoniā sanctus DOMINVS Deus noster.

viii.  
Exhortatio  
tertio repe-  
tita.

C.

Titulus Psalmi indicat argu. Esse gratiarū actionem pro regno Christi.

PSALMVS GRATIA-  
rum actionis.

Jubilare Deo omnis terra, Serui-  
te, DOMINO in læticia.

i.  
Propositio  
gratias agi-  
te Christo.

Introite in cōspectu eius in ex-  
ultatione.

a n. Ratio, quia ipse Deus creator  
Rex & pastor noster, nos uero eius fa-  
ctura. Ephe. 2. Populus eius & oues eius  
quas Euangelio pascit.

Scitote quoniam DOMINVS  
ipse est Deus, ipse fecit nos & nō  
ipfi nos, Populus eius, & oues pa-  
scuæ eius.

Introite portas eius in confes-  
sione, atria eius in hymnis, confi-  
temini illi, laudate nomen eius.

iii.  
Repetitur  
propositio.  
iiii

Quoniā suavis est DOMINVS,  
in

Rationes

LIBER

quia bonus in æternum misericordia eius, &  
 & regnum usque in generationem & gene-  
 eius regnū rationem ueritas eius.  
 remissionis  
 peccatorū,  
 iusticiæ &  
 uitæ æter-  
 næ.

CI.

Psalmus œconomicus, docens re-  
 ges & magistratus quales ipsi & quæ  
 regnorū & politiarū esse debeat admi-  
 nistratio, & quibus ministris utēdū sit.

PSALMVS DAVID.

1. **M**isericordiam & iudicium can-  
 tabo, tibi DOMINE psallā.  
 Propositio. **P**rudenter agam in uia imma-  
 Princeps de- **a** culata, quando uenies ad me, am-  
 bet esse ho- bulabo in innocentia cordis mei,  
 nori bonis, in medio domus meæ.  
 & terrori  
 malis.

11. **N**on proponam ante oculos  
 meos rem iniustam, facientes præ-  
 Qualis ip- uaricationes odiui, non adhære-  
 se princeps esse debeat bunt mihi.  
 Prudens, in  
 nocens, iu-  
 stus, dete-  
 stans scele-  
 ratos.

b iii. **Q**uales ministri principum esse  
 debeant, nō sint peruersi, maliciosi,  
 obtrectatores, superbi, fraudulentī, mē-  
 daces, ut plerumque tales habet aula,  
 sed in ministerio fideles.

b **C**or peruersum declinabit a  
 me, malignum non cognoscam.

Detra-

Detrahentem secreto proximo suo, hūc perdam, Et qui est super bis oculis & elato corde hunc nō feram.

Oculi mei super fideles in terra, ut habitent mecum, ambulās in uia immaculata hic mihi ministrabit.

Non habitabit in medio domus meæ qui facit dolum, qui loquitur mendacia non stabilietur in conspectu oculorum meorum.

Mane perdam omnes impios terræ, ut disperdā de ciuitate DOMINI omnes operantes iniquitatem.

CII.

Argumentum & usum Psalmi ostendit titulus. Est autem precatio Ecclesiæ ueteris testamenti, quæ cum peccatum & iram Dei sentiat, petit mitti promissum liberatorem & eius regnum constitui, quod promittit fore æternum.

1111.

Officium principum punire impios & sceleratos.

ORA.

LIBER  
ORATIO AFFLICTI  
cum anxius esset, & coram  
DOMINO funderet pre-  
cem suam.

i.  
Propositio  
libera me  
de pauoti-  
bus pecca-  
ti, mortis,  
& iræ tuæ.

DOMINE exaudi orationem  
meam, & clamor meus ad te  
ueniat.

Non abscondas faciem tuam  
à me, in quacunq; die tribulor,  
inclina ad me aurē tuam, In qua-  
cunq; die inuocauero te, ueloci-  
ter exaudi me.

ii.  
Ratio &  
commemo-  
ratio ingen-  
tium dolo-  
rum.

QVia defecerunt sicut fumus  
dies mei, & ossa mea sicut torris  
adusta sunt.

Percussum est cor meum & ut  
scenum exaruit, ut oblitus sim co-  
medere panem meum.

Propter uocem gemitus mei,  
adhæsit os meum carni meæ.

Onocro-  
talo.

Similis factus sum a Pellicano  
solitudinis, factus sum sicut Ny-  
cticorax in loco deserto.

Vigilaui, & factus sum sicut  
passer solitarius in tecto.

Tota



Tota die exprobrabant mihi inimici mei, & qui subsannabant me aduersum me iurabant.

Quia puluerem tanquam panem manducabam, & potum meum cum fletu miscebam.

Propter iram tuam & furorē tuum, quia eleuans allisisti me.

Dies mei sicut umbra declinauerunt, & ego sicut foenum arui.

TV autē DOMINE in æternū permanes, & memoria tua in generatione & generationem.

Tu exurgens miserias Zion, quia tempus miserendi eius, quia uenit tempus.

Quoniam delectantur serui tui lapidibus eius, & pulueris eius miserentur.

Et timebunt gentes nomen tuum DOMINE, & omnes reges terre gloriam tuam.

Quia ædificauit DOMINVS

111.

Ostendit  
quæ sit cau-  
sa horum  
dolorum.

v.

Prophetia  
de Ecclesia  
ædificanda  
ex Iudæis  
et gentibus.

**VI.** Zion, & uidebitur in gloria sua.  
 Promissio exaudiri pi-  
 os, & Eccle-  
 siam perpe-  
 tuo mansu-  
 ram que be-  
 neficia Chri-  
 sti sit cele-  
 bratura.

RESpexit in orationem solita-  
 rij, & non spreuit precem eorum.

Scribantur hæc in generatio-  
 ne altera, & populus qui creabi-  
 tur laudabit DOMINVM.

Quia prospexit de excelso san-  
 cto suo, DOMINVS de cælo in  
 terram aspexit.

Vt audiret gemitus compedi-  
 torum, ut solueret filios mortis.

Vt annuncient in Zion nomē  
 DOMINI, & laudem eius in Hie-  
 rusalem.

Cum colligentur populi in us-  
 num, & regna ut seruiant DOMI-  
 NO.

**VII.** Consolatio  
 Ecclesia in  
 hac uita ad-  
 flicta, sed  
 non ideo  
 reiecta, ue-  
 rû æterna  
 uita & glo-  
 ria ornanda.

Afflixit in uia uirtutem meam,  
 & præcidit dies meos.

Dixi, Deus meus, Ne tollas me  
 in dimidio dierum meorum, in ge-  
 neratione & generationem anni  
 tui.

Initio tu terram fundasti, & o-  
 pera manuum tuarum sunt cæli.

Ipsi peribunt, tu autem perma-  
nes, & omnes sicut uestimentum  
ueterascent, Et sicut indumentū  
mutabis eos, & mutabuntur.

Heb. 3.  
1. Pet. 3.

VIII.

Ecclesia æ-  
terna, quia  
eius caput  
Christus  
Deus re-  
rum condi-  
tor æter-  
nus.

Tu autem idē ipse es, anni tui  
non deficient.

Filij seruorum tuorum habita-  
bunt, & semen eorum in seculum  
stabilietur.

CIII.

Insignis gratiarū actio pro beneficijs  
corporalibus & spiritualibus, cui in fi-  
ne additur prophetia de regno Christi.

PSALMVS DAVID.

1. Propositio, Ago gratias Deo, pro  
illius erga me beneficijs.

**B**ENedic anima mea DOMI-  
NO, & omnia quæ intra me  
sunt nomini sancto eius.

11.  
Narratio  
beneficio-  
rum.

Benedic anima mea DOMI-  
NO, & noli obliuisci omnium be-  
neficiorum eius.

**Q**VI propiciatur omnibus ini-  
quitatibus tuis, qui sanat omnes  
infirmittates tuas.

1.  
Remittit  
peccata.

Qui redimit de interitu uitam

11.  
Seruat ui-  
tam.

LIBER

III. Defendit. tuam, qui coronat te misericordia  
& miserationibus.

IIII. Miseretur. Qui replet bonis os tuum, re  
nouat ut aquilæ iuuentutem tuâ.

V. Replet nos bonis & ex  
hilarat. Faciens iusticias DOMINVS,  
& iudicium omnibus iniuriam  
patientibus.

VI. Liberat oppressos. VII. Dat uerbum, & remittit peccata.  
Notas fecit uias suas Moyfi,  
filij Israel uoluntates suas.

IIII. Amplifica-  
tio qua bo-  
nitatem &  
misericor-  
diam DEI  
magnifice  
prædicat. MISERATOR & misericors DO-  
MINVS, tardus ad iram & mul-  
tum misericors.

Non in perpetuum contendet,  
neque in æternum irascetur.

Non secundum peccata nostra  
fecit nobis, neq; secundum iniqui-  
tates nostras retribuit nobis.

Quoniam sicut altius est cœlū  
supra terram, sic præualere fecit  
misericordiam suam super timen-  
tes se.

Quantum distat ortus ab occi-  
dente, longe fecit à nobis iniqui-  
tates nostras.

Quomo

Quomodo miseretur pater filiorum miseratus est DOMINVS timentibus se. v.  
 Cause cur remittat peccata & beneficiat.

Quoniam ipse cognouit figmentum nostrum, Recordatus est quoniam pulvis sumus. non nostra merita, sed ipsius bonitas & nostra miseria

Homo sicut foenum dies eius, tamquam flos agri sic efflorescit.

Quoniam spiritus pertransibit in illo, & non subsistet, et non cognoscet amplius locum suum.

Misericordia autem DOMINI ab aeterno et usque in aeternum, super timentes eum, Et iusticia illius in filios filiorum. vi.  
 Quorum uelit miserere agentium poenitentiam et credentium in filium mediatorem, hoc enim est testamentum eius.

His qui seruant testamentum eius, et memores sunt mandatorum ipsius, ad faciendum ea.

vii. Prophetia de regno Christi, quod caelum & orbem terrarum complectetur. Est enim una Ecclesia celebrans Deum angelorum & hominum.

DOMINVS in caelo parauit sedem suam, et regnum ipsius omnibus dominabitur.



L I B E R

VIII.

Hortatur totã Eccle-  
siam ange-  
lorum & ho-  
minũ ad gra-  
tiarũ actio-  
nem pro be-  
nificijs su-  
pra comme-  
moratis.

Benedicite DOMINO omnes  
angeli eius, potentes uirtute, fa-  
cientes uerbum illius, ad audien-  
dum uocem sermonum eius.

Benedicite DOMINO omnes  
exercitus eius, ministri eius qui fa-  
citis uoluntatem eius.

Benedicite DOMINO omnia  
opera eius, in omni loco domina-  
tionis eius, benedic anima mea  
DOMINO.

CIII.

Alia gratiarum actio pro tota rerũ  
creatura.

1. Propositio, Ago gratias Deo pro re-  
rum creatione, ex quibus Dei sapien-  
tia, bonitas, iusticia cognoscitur.

**B**enedic anima mea DOMINO,  
DOMINE Deus meus mag-  
nificatus es uehementer, gloriam  
& decorem induisti

II.

Narratio.

Lux.

Cœlum.

Aquæ cœli.

Nubes.

Venti.

AMictus lumine sicut uestimẽ-  
to, Extendens cœlum sicut pellẽ.

Qui cõtignat in aquis taber-  
nacula sua, & ponit nubes uehicu-  
lũ suũ, & ambulat super pennas  
uenti.

Qui

Qui facis angelos tuos spiri- Angeli.  
tus, et ministros tuos ignem flam  
mantem.

Qui fundasti terram super sta- Terra.  
bilitatem suam, non inclinabitur  
in seculum seculi.

Abyssus sicut uestimento coo- Mare.  
peruisti eam, super montes stabunt  
aquæ.

Ab increpatione tua fugient, à Tonitrua.  
uoce tonitruum tui formidabunt.

Ascendunt montes & descen- Montes.  
dunt ualles, in locum quem fun-  
dasti eis.

Terminum posuisti quem non  
transgredientur, neque conuertentur  
operire terram.

Qui emittis scaturigines in flu- Fontes.  
uos, inter medium montium per Flumina.  
transibunt aquæ.

Potabunt omnes bestia agrorum, Animalia  
sedabunt onagri sitim suam. terrestria.

Super ea uolucres caeli habita- Volatilia.  
bunt, de medio frondium dabunt  
uoces.

LIBER

Pluuia. Rigās montes de superioribus suis, de fructu operum tuorum satiabitur terra.

Pabula. Producens fœnum iumentis, et herbam seruituti hominum, ut educas panem de terra.

Fruges. Et uinum lætificet cor hominis, ut exhilaret faciem in oleo, et Panis. panis cor hominis confirmet.

Syluæ & cedri Libani quas plantauit. Reficiuntur arbores DOMINI, Illic aues nidificabunt, Ciconiæ abietes domus.

Auium domesticilia. Ferarum latibula. Montes excelsi ibicibus, petra refugium erinaceis.

III, Motus corporum celestium. Fecit Lunam in stata tempora, Sol nouit occasum suum.

Dies. Nox. Posuisti tenebras et facta est nox, in ipsa reptabunt omnes bestiæ syluæ.

Catuli Leonum rugientes ut rapiant, et quarant a Deo escam sibi.

Ortus est Sol et recolliguntur, et in speluncis suis cubant.

Exibit

Exibit homo ad opus suum, et ad operationem suam usque ad uesperam.

Quam magnificata sunt opera tua DOMINE, omnia in sapientia fecisti, impleta est terra bonis tuis.

Gratiarum actio.

Hoc mare magnum et spaciosum inanibus, illic reptilia quorum non est numerus, Animalia pusilla cum magnis.

Mare cum piscibus.

Illic naues pertransibunt, et cete quae formasti ut ludant in eo.

Omnia à te expectant, ut des illis escam in tempore suo.

v.

Omnia pacisci & seruari à Deo.

Dante te illis colligent, aperiente manum tuam, omnia replebuntur bonitate.

Matth. 7.  
Psal. 165.

Auertente autem te faciem, turbabuntur, auferes spiritum eorum et deficient, et in puluerem suum reuertentur.

Emittes spiritum tuum et creabuntur, et renouabis faciem terrae.

LIBER

Επιφώνη  
μα.

VI.

Creaturæ  
expauescūt  
creatorem.

VII.

Epilogus  
& gratiarū  
actio.

Precatio.

VIII.

Inerepatio  
contra im-  
pios, non  
agnoscentes  
hæc Dei  
beneficia.

I.

Propositio,  
gratias agi-  
te Deo.

I. Par. 16.

Sit gloria DOMINI in seculum, lætabitur DOMINUS in operibus suis.

Qui respicit terram & facit eā tremere, qui tangit montes & fumigant.

Cantabo DOMINO in uita mea, psallam Deo meo quam diu sum.

Iucundum sit ei eloquium meum, ego uero delectabor in DOMINO.

Deficiant peccatores à terra, & impij, ita ut non sint, benedic anima mea DOMINO, Halleluia.

CV.

Gratiarū actio pro beneficiis ab Abraham usque ad occupatam terram Canaan, & quidem gratis propter editas promissiones, non propter ipsorū merita, populo exhibita, Deut. 29.

CONFITEMINI DOMINO & inuocate nomen eius, annunciate inter gentes opera eius.

Cātate ei & psallite ei, narrate om-



omnia mirabilia eius.

Gloriamini de nomine sancto eius, Latetur cor quærentiū **DOMINVM**.

Quærite **DOMINVM** & fortitudinem eius, quærite faciē eius semper.

Memento mirabilium eius quæ fecit, prodigia eius & iudicia oris eius.

Semen Abraham serui eius, filij Iacob electi eius.

**IPSE DOMINVS** Deus noster, in uniuersa terra iudicia eius.

Memor fuit in seculum testamenti sui, uerbi quod promisit in mille generationes.

Quod pepigit cum Abraham & iuramenti sui cum Isaac.

Et statuit illud Iacob in a Præceptum, & Israel in testamentum æternum.

Dicens, tibi dabo terram Chanaan, funiculum hæreditatis uestræ.

67.

Narratio beneficiorū & additur causa, promissio tradita Abrahamæ, nō ipsius aut populi meritum.  
u Statutū.

Gene. 12. 26.  
28.

LIBER

Cum essent uiri numero paucissimi, & peregrini in ea.

Et pertransierunt de gente in gentem, & de regno ad populum alterum.

Gen. 21.

Non permisit hominem nocere eis, & corripuit propter eos reges.

Nolite tangere Christos meos, & Prophetis meis nolite nocere.

b baculum uorat.

111.

Historia Iacob & Ioseph.  
Gen. 12. 37.  
99.

ET uocauit famem super terram, & omne b firmamentum panis contriuit.

Misit ante eos uirum, in seruum uenundatus est Ioseph.

Humiliauerunt in compedibus pedes eius, ferrum pertransiit animam eius.

Donec ueniret uerbum eius, et eloquium DOMINI probauit eum.

Gen. 12.

Misit rex & soluit eum, princeps populorum & dimisit eum.

Constituit eum Dominum domus sue, & principem omnis possessionis sue.

Vt

Vt erudiret principes eius iuxta uoluntatem suam, et senes eius sapientiam doceret.

ET intrauit Israel in Aegyptū, & Iacob accola fuit in terra Chā.  
 Et auxit populum suum uehemēter, & fortiorem fecit eum inimicis eius.

1111.  
 Migratio Iacob in Aegyptum.  
 Gen. 46.  
 Exod. 1.  
 Act. 7.

Conuertit cor eorum ut odissent populum eius, & dolum facerent seruis eius.

Misit Moysen seruum suū, Aaron quem elegit.  
 Posuerunt inter eos uerba signorum suorum, & prodigiorum in terra Cham.

v.  
 Historia Moysis & Aaronis, & liberationis ex Aegypto.  
 Exod. 3. 4. 5.  
 Exod. 10.  
 Exod. 7. 8.

Misit tenebras & obtenebrauit, & non repugnauerunt sermonibus eius.

f. Moysē & Aaron.

Conuertit aquas eorum in sanguinem, & occidit pisces eorum.

Edidit terra eorum ranas, in penetralibus regum ipsorum.

L I B E R

- Exod. 9. Dixit & uenit insectum & pediculi in omnibus finibus eorū.  
 Posuit pluuias eorū in grandinam, ignem comburentem in terra ipsorum.  
 Et percussit uineas eorum & ficulneas eorum, & contriuit arbores in finibus eorum.
- Exod. 10. Dixit, & uenit locusta & bruchus, cuius non erat numerus.  
 Et comedit omne fœnum in terra eorum, & comedit omnem fructum terræ eorum.
- Exod. 12. Et percussit omne primogenitum in terra eorum, primitias omnis uirtutis eorum.  
 Et eduxit eos cum argento & auro, & non erat in tribubus eorum infirmus.
- Exod. 13. Lætata est Aegyptus in profectione eorum, quia incubuit timor eorum super eos.
- Exod. 13. Psalm. 78. Expandit nubem in protectionem, & ignē ut luceret eis per noctem.
- Exod. 16. Exod. 17. Num. 20.

Petierunt, & uenit coturnix, et pane cœli saturauit eos.

Dirupit petram & fluxerunt aquæ, ut fluerent in deserto flumina.

Quoniam memor fuit uerbi sancti sui, quod habuit ad Abraham puerum suum.

Et eduxit populum suum in exultatione, & electos suos in lætitia.

Et dedit illis regiones gentiũ, & labores populorũ possederũt.

In hoc ut custodirẽt statuta eius & legem eius obseruarent, Halleluia.

CVI.

Gratiarum actio, Cõmemorat, enim peccata populi & pœnas peccatorum, & ostendit & peccata & pœnas remissas, non propter populi merita, sed editas promissiones: ut Deut. 9. habes.

HALLELVIA.

CONFITEMINI DOMINO quoniam bonus, quoniã in seculum misericordia eius.

V. I.  
Repetitur causa beneficiorum, promissione tradita.

V II.  
Generalis causa omnium beneficiorum Dei.

I.  
Propositio, gratias agite Deo.



LIBER

Quis loquetur potentias D O-  
M INI Et quis enarrabit laudes  
eius

Beati qui custodiunt iudiciū,  
& faciunt iusticiam in omni tem-  
pore.

II. M Emento mei D O M I N E in  
Precatio beneuolentia erga populum tuū,  
qua & pro- uisita me in salutari tuo.  
missum Mes-  
siam mitti,

& peccata Vt uideam bona electorū tuo-  
rum, et later lætitia gentis tuæ, et  
propter il- gloriemur cum hæreditate tua.  
lum remitti  
petit.

a Impij fui- Peccauius cum patribus no-  
mus. stris, iniuste egimus, & iniquitatē  
fecimus.

III. Patres nostri in Aegypto non  
Narratio intellexerunt mirabilia tua, non  
qua patrū fuerūt memores multitudinis mi-  
peccata cō sericordiæ tuæ, Et rebelles fuerūt  
memorat. ad Mare rubrum.

IIII Et saluauit eos propter nomen  
Cause præ suum, ut notam faceret potentiā  
cipue libe- suam.  
rationis.

Exod. 14. Et increpauit Mare rubrum,  
& exiccatū est, & deduxit eos in  
aby-

abyssis sicut in deserto.

Et saluauit eos de manu odiētū, & redemit eos de manu inimici.

Et operuit aqua tribulantes eos, unus ex eis non remansit.

Et crediderunt uerbis eius, & Exod. 5.  
cantauerunt laudem eius.

Cito oblitū sunt operum eius, & nō expectauerūt consiliū eius.

Et exarserunt concupiscentia in deserto, & tentauerunt Deum in solitudine. Exod. 17.

Et dedit eis petitionē ipsorū, et misit b saturitatē in animas eorū. Num. 2.  
b maciem.

ET irritauerunt Moysen in castris, Aaron sanctum Domini. Num. 16.

Aperta est terra & deglutiuit Dathan, & operuit congregationem Abyron.

Et exarsit ignis in c Synagoga eorū, flamma combussit impios. c congrega  
tione. Exod. 32.

Et fecerunt uitulum in Oreb, & adorauerunt conflatile.

Et mutauerūt d gloriam suā in d id est, De  
um.

LIBER

similitudinem bouis comedentis  
foenum.

Obliti sunt Deū qui saluauit  
eos, qui fecit magnalia in Aegy-  
pto.

Mirabilia in terra Cham, terri-  
bilia in mari rubro.

Exo. 32. 34.  
Num. 14.

Et dixit ut disperderet eos, si nō  
Moyſes electus eius ſtetiffet in cō-  
fractione in conſpectu eius, Vt a-  
uerteret iram eius ne perderet.

Et pro nihilo habuerunt terrā  
deſiderabilem, Non crediderunt  
uerbo eius.

Et murmurauerunt in taberna-  
culis ſuis, non obedierunt uoci  
DOMINI.

Et eleuauit manū ſuam ſuper  
eos, ut proſterneret eos in deſerto

Et ut deſiceret ſemen eorū in-  
ter gentes, & diſpergeret eos in re-  
gionibus.

Num. 30.

ET adiuncti ſunt Baal Peor, et  
comederūt ſacrificia mortuorū.

Et irritauerunt eum adinuen-  
tionibus

tionibus suis, & grassata est inter eos plaga.

Et stetit Pinehas & placauit, & cessauit plaga.

Et reputatum est ei in iusticiã, in generationem & generationẽ & usq; in sempiternum.

ET irritauerunt eum ad aquas contradictionis, & uexatus est Moyses propter eos. Exod. 17.  
Num. 20.

Quia exacerbauerunt spiritũ eius, Et inconsiderate locutus est labijs suis. Deut. 7. 12.  
Peccata  
post Iosua  
& terram  
diuisam.

NON disperdiderunt gentes quas dixit DOMINVS illis.

Et commixti sunt inter gẽtes, & didicerunt opera eorum.

Et seruiuerunt sculptilibus eorum, & factũ est illis in scandalũ.

Et immolauerunt filios suos et filias suas dæmonijs.

Et effuderunt sanguinem innocentẽ, sanguinem filiorum suorũ & filiarum suarum, quas sacrificauerunt sculptilibus Chanaan, &

LIBER

infecta est terra in sanguinibus.

Et contaminati sunt in operibus suis, & fornicati sunt in adinventionibus suis.

v.  
Pœna peccatorum.

ET iratus est furore DOMINUS in populum suum, & abominatus est hereditatem suam.

Et tradidit eos in manus gentium, et dominati sunt eorum qui oderunt eos.

Et tribulauerunt eos inimici eorum, & humiliati sunt sub manibus eorum.

Sæpe liberauit eos, ipsi autem exacerbauerunt eum in consilijs suis, & consumpti sunt propter iniquitates suas.

v i.  
Consolatio & causa liberationis.

Et uidit cum tribularentur, & audiuit orationem eorum.

Et memor fuit testamenti sui, & poenituit eum secundum multitudinem misericordiae suae.

v ii.  
Precatione

Et dedit eos in misericordias, in conspectu omnium qui ceperant eos.

SALuos fac nos DOMINE  
Deus



Deus noster, & congrega nos de nationibus, ut confiteamur tibi sancto tuo, & gloriemur in laude tua.

colligatus  
Ecclesia.

Benedictus DOMINVS Deus Israel à seculo & usque in seculũ, & dicet omnis populus, Amen. Halleluia.

VIII.  
Gratiarum  
actio.

LIBER QVIN-  
T V S .

CVII.

Gratiarũ actio pro omnis generis beneficijs & liberationibus ex periculis.

Propositio,  
qua exhortatur ad  
gratiarum  
actionem,  
certorum  
ordinum  
hominum.

CONFITEMINI DOMINO quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius.

Dicant qui redempti sunt à DOMINO, quos redemit de manu tribulatoris.

Et de regionibus congregavit eos, A solis ortu & occasu, ab Aquilone & Mari.

Qui errauerunt in solitudine & in deserto à uia, ciuitatem habitaculi non inuenerunt.

I.  
Primus ordo  
calamitosorum.

Esurient

LIBER

qui sine la-  
ribus & in-  
opes sunt.

Esurientes & sitientes erant,  
anima eorum in ipsis torqueba-  
tur.

Et clamauerunt ad DOMINVM  
cum tribularentur, & de necessi-  
tatibus eorum eripuit eos.

Et deduxit eos in uiam rectā,  
ut irent in ciuitatē habitationis.

Confiteantur DOMINO pro  
misericordia eius, & pro mirabili-  
bus eius in filios hominum.

Quia satiauit animam sitien-  
tem, & animam esurientem satia-  
uit bonis.

11.  
Secundus  
ordo, eorū  
qui ob sce-  
lera captiui  
ex uinculis  
liberati  
sunt.

Sedentes in tenebris & umbra  
mortis, uinctos afflictione & fero-  
ro.

Quia rebelles fuerunt eloquijs  
Dei, & consilium altissimi blas-  
phemauerunt.

Et humiliatum est in molestijs  
cor eorū, corruerunt nec fuit qui  
adiuaret.

Et clamauerūt ad DOMINVM  
cum tribularentur, & de necessi-

tatibus

tatibus eorum liberauit eos.

Et eduxit eos de tenebris & um  
bra mortis, & uincula eorum diri  
puit.

Confiteantur DOMINO pro  
misericordia eius, & pro mirabi  
libus eius erga filios hominum.

Quia contriuit portas æreas, et  
uectes ferreos confregit.

STulti qui propter uiam fla  
gitiorum ipsorum & propter ini  
quitates suas affliguntur.

Omniem escam abominata est  
anima eorum, & appropinqua  
uerunt usque ad portas mortis.

Et clamauerunt ad DOMI  
NUM cum tribularentur, & de  
necessitatibus eorū liberauit eos.

Misit uerbum suum et sanauit  
eos, & eripuit eos de internitiōi  
bus eorum.

Confiteantur DOMINO pro  
misericordia eius, & pro mirabi  
libus eius erga filios hominum.

Et sacrificent sacrificium laus  
dis,

III.

Tertius or  
do eorum  
qui propter  
cōtemptū  
Dei graui  
bus morbis  
puniti, ab  
ijs bonitate  
Dei liberā  
tur.

LIBER

dis, & annuncient opera eius in exultatione.

a Negociã  
tes.

IIII.

Quartus,  
nauigantes  
expericulis  
maris libe-  
rati.

Qui descendunt Mare in nauibus, & facientes operationem in aquis multis.

Ipsi uiderunt opera DOMINI, & mirabilia eius in profundo.

Dixit, & extat spiritus procellæ, & exaltati sunt fluctus eius.

Ascendunt usque ad cœlos, & descendunt usque ad abyssos, anima eorum in malis tabescebat.

Turbati sunt, & moti sunt sicut ebrius, et omnis sapientia eorum deuorata est.

Et clamauerunt ad DOMINUM cum tribularêtur, et de necessitatibus eorum eduxit eos.

Et surrexit procella & sedata est, & siluerunt fluctus eius.

Et lætati sunt quia siluerunt, & deduxit eos in portum uoluntatis eorum.

Confiteantur DOMINO pro misericordia eius, & pro mirabilibus

libus eius erga filios hominum.

Et exaltent eū in Ecclesia plebis, & in cathedra seniorum laudent eum.

Qui posuit flumina in desertū,

& scaturigines aquarum in sitim. Terram fructiferam in sterilitatem, propter maliciam inhabitantium in ea.

Et qui posuit desertum in stagna aquarum, & terram sine aqua in scaturigines aquarum.

Et collocauit illic esurientes, et constituerunt ciuitatem habitationis.

Et seminauerunt agros & plantauerunt uineas, & fecerunt fructum annuum.

Et benedixit eis & multiplicati sunt ualde, & iumenta eorum non diminuet.

Qui pauci facti erāt, & oppressi a malo torquente & prementente.

v.  
 Quintus, quibus fecunditas soli, restituta est, cū propter flagitia puniti essent sterilitate.

vi.  
 Sextus ordo eorum quibus ty-

Dum



LIBER

rannis op-  
pressis &  
uexatis bel-  
lo, pax &  
tranquilli-  
tas restitua  
ta est.

Dum effusus esset cōtemptus  
super principes eorum, et errare  
fecisset eos per solitudinē inuiam.

Et protegeret pauperem ab ini-  
iuria, & poneret sicut oues fami-  
lias.

VIDEBunt recti & lætabun-  
tur, & omni iniquitati obstruetur  
os suum.

Qui est sapiēs, et custodiet hæc,  
et intelliget misericordias D O M I  
N I.

CVIII.

Gratiarum actio pro regno Christi, cuius typus  
& seminarium fuit regnum Dauidis, pro quo ab ho-  
stibus conseruato supra Psalmo 60. egit gratias, ex  
quo posterior pars huius sumpta est.

CANTICVM PSALMI  
Dauidis.

<sup>v.</sup>  
Propositio,  
i. cithara  
qua te glo-  
sifico.

**P**Aratum cor meum Deus, can-  
tabo et psallam etiam a gloria  
mea.

Exurge psalterium et cithara,  
exurgam diluculo.

Confitebor tibi in populis

D O.

DOMINE, et psallam tibi in nationibus.

ii. Quia remittis peccata & seruas promissiones.

Quia magna est super cœlos misericordia tua, et usque ad nubes ueritas tua.

Exaltare super cœlos Deus, et super omnem terram gloria tua.

Vt liberentur dilecti tui, Saluū fac dextera tua, et exaudi me.

Deus locutus est in sancto suo, Exultabo, & diuidam Sichimam, & conuallem a tabernaculorum dimetiar.

Meus est Gilead & meus est Manasses, & Ephraim fortitudo capitis mei, Iuda rex b meus.

Moab olla lotionis meæ, in Idumæam extendam calceamentum meū, & super Philistæam iubilabo.

Quis deducet me in ciuitatem munitam? Quis deducet me usque in Idumæam?

Nonne tu Deus qui repulisti

III. Precatio  
petit liberari à peccato & morte.

IIII. Gratiarum actio pro uictorijs. a Suchor.

b Dux.

v. Victorias & successus in gubernatione esse Dei dona.

LIBER

VI. nos: Et non exhibis Deus in exerci-  
 Precatio. citibus nostris.

Petit se iu- Da nobis auxilium in tribula-  
 uari à Deo tione, quia uana salus hominis.

in gerendis In Deo faciemus uirtutem, &  
 bellis & re- ipse cōculcabit inimicos nostros.

gūi guber-  
 natione.

CIX.

Precatio Christi contra Iudam pro-  
 ditorem & totam Synagogam ac om-  
 niū temporū hostes persecutores suos  
 & suorum, quibus tristissima mala hic  
 denunciat & imprecatur. Ita quoque  
 est oratio Ecclesiæ & piorum omniū  
 contra suos persecutores.

AD PRÆCINENDVM

*Psalmus Dauidis.*

I. Precatio tu DEus laudem meam ne tacue-  
 lauda me. ris. Quia os impij & os dolosi

II. Ratio. super me apertū est, locuti sunt ad  
 uersum me lingua dolosa.

Quia isti ui Et sermonibus odij circunde-  
 tuperāt me derunt me, & oppugnauerunt  
 & doctrinā meam rapi me sine causa.

unt in odiū, Pro eo quod ego diligo eos, ad-  
 persequun uersantur mihi, ego autē orabam.

tur & do- Et posuerunt aduersum me ma-  
 ctrinam & la

la pro bonis, & odium pro dilectione mea. personam meam.

CONStitue super eum impiū, & diabolus stet à dextris eius. III. Imprecationes horrendæ contra

Cum iudicatur, exeat condemnatus, & oratio eius fiat in peccatum. hostes Christi & suorū. Acto. I.

Fiant dies eius pauci, Et Episcopatum eius accipiat alter.

Fiant filij eius orphani, & uxor eius uidua.

Vagando uagentur filij eius & mendicent, et quærant ex dea stationibus suis.

Scrutetur fornicator omnē substantiam eius, & diripiant alieni labores eius. IIII. Hæc dira omnia uideamus accidere.

Non sit illi adiutor, nec sit qui misereatur pupillis eius.

Fiant nati eius in interitum, in generatione una deleatur nomē eorum.

In memoriã redeat iniquitas patris eius in conspectu DOMINI, & peccatū matris eius non deletur. V. Imprecatur horrendā irā Dei ne cōdonetur eis peccata.

LIBER

Sint in conspectu DOMINI  
semper, & dispereat de terra me-  
moriam eorum.

VI. **PRO** eo quod non est recor-  
datus facere misericordiam, & per-  
secutus est hominem oppressum,  
rum, Chri- & pauperem, & punctum cor-  
stus occisus & de occidere.  
& persecu-  
tio Eccle-  
siae ac pio-  
rum.

Et dilexit maledictionem, &  
ueniet ei, & noluit benedictionem,  
& elongabitur ab eo.

Et induit maledictionem sicut  
uestimentum, & intravit sicut aqua  
in interiora eius, & sicut oleum  
in ossa eius.

Fiat ei sicut uestimentum quo o-  
peritur, et sicut Zona qua semper  
praecingitur.

VII. **DOMINUM**, qui aduersantur  
Precatur se & totam Ec-  
clesiam con-  
tra furores  
hostium ser-  
uari.

Hæc sit merces eorum apud  
michi, & qui loquuntur mala ad-  
uersus animam meam.

**AT** tu DOMINE, Domine  
fac mecum, propter nomen tuum,  
quia bona est misericordia tua, li-  
bera me, Quia



Quia egenus & pauper ego sū, viii.  
& cor meum conturbatum est in Ratio.  
tra me. ix.

Sicut umbra cum declinat ab- Querela de  
latus sum, & excussus sum sicut suis & toti  
locustæ. us Ecclesiæ  
arumnis.

Genua mea infirmata sunt a ie-  
iuniis, & caro mea exaruit amissa  
pinguedine.

Et ego factus sum opprobriū  
illis, uiderunt me & mouerunt ca-  
pita sua.

ADiuua me DOMINE Deus x.  
meus, saluum me fac secundum Concludit,  
misericordiam tuam. repetitāpre-  
catione ut

Et sciāt, quia manus tua hæc, & iple cū Ec-  
quod tu DOMINE fecisti illud. clesia ita li-  
beretur &

Maledicant illi, & tu benedi- ita pereant  
ces, qui insurgunt in me confun- hostes, ut  
dantur, seruus autem tuus lætabi- appareat  
tur. omnib. hoc  
Dei opuset

Induantur qui detrahunt mi- iudicium  
hi, ignominia, & operiantur sicut esse.  
pallio confusione sua.

CONFITEBOR DOMINO ual-

LIBER

x.  
Gratiarum  
actio pro li-  
beratione.

de in ore meo, & in medio multo-  
rum laudabo eum.

Quia astitit à dextris paupe-  
ris, ut saluam faceret à iudicanti-  
bus animam meam.

CX.

Heb. 1. 10.  
Matth. 22.  
Acto. 2.  
1. Cor. 15.

Argumentum. Hic Psalmus est ex præ-  
cipuis, docet quis sit Christus, Deus &  
homo, Rex & sacerdos æternus, Item  
ubi sit regnaturus, & quale sit futurū  
regnum & sacerdotium, regnum spiri-  
tuale, & sacerdotium secundum ordi-  
nem Melchisedech, non Aaronis. Dein-  
de, concionatur de pœnis impiorum.  
Postremo addit uaticinum de passione  
Christi, Sacerdos est quia factus est ui-  
ctima pro nobis quia mediator placās  
deū, quod sustulit peccatū, quod inter-  
pellat pro nobis, & est pōtifex propter  
quē exaudimur, et qui nostras preces  
perfert ad Patrē, quod dedit uerbū no-  
uū & hoc uerbo uiuificat uita æterna.  
Rex est quia uincit Diabolū, quia pec-  
catū & mortē abolet dato Spiritu san-  
cto, dat nouā & æternā lucē, iusticiā &  
uitā, quod cōseruat & regit Ecclesiā etc.

PSALMVS DAVID.

a 1. Narratio cōtinens descriptio-  
nem regni Christi, quam orditur ab au-  
tore huius regni, cum ait: Dixit Domi-  
nus, Cum uero addit, Domino meo, di-  
scernit huius Regis regnum à cæteris

regnis quod efficacius & augustius sit futurū, quod destruat<sup>r</sup> Diabolus, peccatū, mors, quæ cæteri reges abolere non possunt. Deinde significat hunc suum Filium secundum carnem natura Deum esse, cum suum Dominum uocat, Matth. 22. Est autem promissio de regno, cum subiicit. Sede à dextris meis, quod est pari potentia regnare cum Deo.

*Ephes. 1.* Collocauit eum ad dexteram suam.

*Hebræ. 1.* Sedet ad dexteram. *Matthæi ultimo.*

Data est mihi omnis potestas. Quia igitur isthic sedet: ergo dat beneficia corporalia: spiritualia: celestia & æterna, quæ ab illo petenda & expectanda sunt. Porro cum additur: Donec ponam inimicos

tuos, &c. describitur effectus regni: habiturū hūc regē & Ecclesiam hostes: sed fore uictorē potentia diuina. *1. Cor. 15.* Nouissime inimica destruetur mors.

**D**ixit DOMINVS Domino

meo, sede à dextris meis, do-

nec ponam inimicos tuos, scabel-

lum pedum tuorum.

*1.* Narratio, Christus Deus & homo.

*2.* Vbi initiū Regni sit futurū: nepe in Sion: ubi & rex ipse erit: & inde uerbum suum sparget, *Esa. 2.*

*Mich. 4.* Ex Sion exhibit lex, Cum addit: dominare in medio inimicorum, significat cur hoc regnum sit cōstitutū, & sceptrū amissum, nō ut inimici, sed Christ⁹ & Ecclesiæ dominetur. Estque promissio & consolatio: Ecclesiam fore uictricem, quantumuis seuiāt ipsius hostes.

*3.* Sceptum regni tui emittet

DOMINVS ex Sion, dominare

in medio inimicorum tuorum.

*11.* Locus regni.

*11.* Locus regni.

*11.* Locus regni.

*11.* Locus regni.

*11.* Locus regni.

*11.* Locus regni.

*11.* Locus regni.

*11.* Locus regni.

*11.* Locus regni.

*11.* Locus regni.

*11.* Locus regni.

*11.* Locus regni.

*11.* Locus regni.

LIBER

III. Qui sit populus, & subditi Regis quales sint, qui nō coacti ui & armis, sed audito uerbo, sua sponte se huic Regi subijcient: nec metu legis exactoris, sed uolentes obedient Regi, & abolita rebellionē humanæ naturæ, quæ nobiscū nascitur, spontaneam & perfectam obedientiā in hac uita inchoabunt, perficiendam in altera. Significat enim ueteris Testamenti cultus abolendos, & nouos constituendos spontaneos, ut Iohan. 4. Erunt ueri adoratores. &c. Ornatum sanctum uocatur estitum pontificium, per quem intelligit dona Spiritus sancti, ministeriū Euangelij, & confessionem, patientiam in cruce & cæteras uirtutes.

Cum addit, Ex utero oritur tibi ros &c. describit natiuitatem Christi ex Maria uirgine, Ros Christus est, conceptus de Spiritu sancto in utero uirginis Mariæ, sine omni labe peccati. Alij non de Rege, sed de populo & Ecclesia intelligunt, Ecclesiam non ex carnali propagatione nasci, sed spiritali, ut ros generationis sit Ecclesia nata ex utero uerbi & uirtute Spiritus sancti, Iohan. 1. Qui non ex sanguinibus neque ex uoluntate carnis, &c.

III. c Populus tuus spontaneus (offere) in die uictoriæ tuæ, in ornatu sancto, Ex utero oritur tibi ros generationis.

III. Hic incipit concionari de sacerdotio Christi quod à Leuitico discernit. Orditur autem à iurando, cuius sæpe fit mentio. 2. Regum 7. psal. 89. & 132. Lucæ 1. Heb. 6. quo fides confirmanda, & exci-  
tanda

tāda est, ut quia iurauit Dominus, credamus igitur uere & certo propter hunc Regem & Pontificē nostrum nos recipi, exaudiri & iuari. Est autem sacerdos, Primum quia adfert Euangelium per quod reuelatur uoluntas æterni patris de gratuita remissione peccatorū propter filiū. Secundo, quia per sacrificiū suū placat Deū & tollit peccata, quod per sanguinem taurorum impossibile erat, & per Leuiticas hostias. Tertio quia orat pro nobis, impetrat remissionē peccatorū, donat Spiritum sanctum, iusticiā uitam æternam & alia spiritualia, & corporalia bona, & quia propter hunc Pontificem exaudimur.

Cū uocat sacerdotem æternū, significat Christū esse æternum filium Dei, qui æterna uita uiuat, Ergo necesse fuit ipsum ex mortuis resurgere, tenere regnum & fungi sacerdotio æterno, necesse est æternā uitam impertiri illi cœtui, in quo fungitur sacerdotio, quo cœtu toto extincto, non esset sacerdos æternus. Ergo abolebit peccatum, mortem, instaurabit naturā humanam &c. Tale sacerdotium non erat Leuiticum. Erit igitur Ecclesia quoque æterna.

Discernit sacerdotium noui Testamenti à Leuitico, cum ait: Secundum ordinem Melchisedech. Leuiticum tradit legem, arguit peccata, proponit maledictiones, nequaquam affert gratis remissionem peccatorum. Deinde requirit externos cultus, uarias & corporales ceremonias: Sed sacerdotium noui testamenti affert benedictionem, id est, remissionem peccatorum gratis propter Christum, &c. Talis benedictio fuit Melchisedech. Gen. 14. ante legē datam. Est igitur dulcissima consolatio & doctrina de sacerdotio Christi in hoc uersu proposita.



LIBER

211. **d** Iuravit DOMINVS & non  
 Christus sacerdos. **la** pœnitebit eum : Tu es sacerdos  
 Heb. 5. 6. 7. in æternum, secundum ordinem  
 8. 9. 10. Melchisedech.

**e v.** Comminatio de pœnis hostiũ  
 Christi, & Ecclesiæ cõsolatio, quasi di-  
 cat, etsi Diabolus & tyranni uolent dele-  
 re Christũ & Ecclesiam, tamen Dei po-  
 tẽtia defendetur, & hostes conterẽtur.

DOMINUS à dextris tuis, conte-  
 ret, in die iræ suæ reges.

**f xi.** Id est, Christus regnabit etiam inter gentes,  
 saluabit multos ex gentibus, sed impios & rebelles  
 perdet pœnis corporalibus & æternis. Amplificat au-  
 tem magnitudinem pœnarum, cũ ait: Implebit ca-  
 daueribus &c. Ostendens tyrannos & regna. omniũ  
 temporum oppugnãtia Christum & Ecclesiam, hor-  
 ribiliter puniri & euerti.

**f** Iudicabit inter gentes, imple-  
 bit cadaueribus, conteret capita  
 in terris multis.

**g xii.** In uia, id est, priusquam glo-  
 rificabitur, in transitu, donec in hac ui-  
 ta ante resurrectionem & glorificatio-  
 nem uersabitur. Bibet de torrẽte, id est,  
 hauriet & sustinebit communes & hor-  
 ribiles afflictiones humani generis. Nõ  
 dicit, ut alibi, bibet calicem, sed bibet  
 de

de torrente, ut omnes afflictiones & eorum magnitudinem intelligas. Quare in hoc uersu primū Christi, deinde totius Ecclesiæ afflictiones cōsiderentur. Deinde altera sententia loquitur de glorificatione, Propterea exaltabit caput, postquam fuerit humiliatus glorificabitur, Lucæ ultimo. Nonne hæc oportuit pati Christum &c. Acto. 3. & 7. Heb. 5.

g De torrente in uia bibet, propterea exaltabit caput.

CXI.

Gratiarum actio pro Ecclesia, sacerdotio, politiona, pro data lege, liberatione ex Aegypto, pro festo Pasche, pace & omnibus beneficijs spiritualibus & corporalibus, & præcipue pro redēptione quæ per Christum futura erat, & pro nouo ac æterno testamento.

HALLELVIA.

**C**onfitebor tibi **DOMINE** in toto corde meo, in concilio et congregatione iustorum.

I.  
Propositio,  
Ago tibi  
gratias in  
Ecclesia.

Magna opera **DOMINI**, inquirenda propter omnia desiderabilia sua.

II.  
Ratio propositionis.

Gloriosum & magnificentum opus eius, & iusticia eius manet in seculum seculi.

LIBER

a. m. Memoria liberationis ex Aegypto cōseruata per esum agni paschalis qui fuit typus Christi.

a. Memoriam fecit mirabilium suorum, misericors & miserator  
DOMINVS.

id est, instituet ministerium uerbi.

Escam dedit timentibus se, Memor erit in seculū testamenti sui.

iiii. Terra Chanaan.

Virtutem operum suorum annuntiabit populo suo, Vt det illis hereditatem gentium.

id est, præstat quæ promisit.

Opera manuum eius ueritas & iudiciū, k fidelia omnia mandata eius.

k i. Promissa pijs beneficia pœnæ im-piorū, non sunt inanis fabula, sed sunt certa & fient.

Confirmata in seculum seculi sunt, & sunt uera & recta.

b v. Gratiarum actio pro promissa liberatione futura per Christum & pro omnibus alijs.

Pro. i. 9.

Επιφάνισι  
μοι.

REdemptionem misit populo suo, promisit fore in æternum testamentum suum, Sanctum & terribile nomen eius.

Amare uer

Initium sapientiæ timor DO-  
MINI,

MINI intellectus bonus omnibus facientibus illa, laudatio eius manet in seculum seculi.

## CXII.

Consolatio, proponit enim præcepta de fide & bonis operibus, & addit amplissimas promissiones, quibus in afflictionibus animi erigendi sunt, & expectanda est liberatio.

## HALLELVIA.

**B**EATUS uir qui timet DOMINUM, qui mandatis eius delectatur ualde.

**a** II. Promissiones, id est, Etsi pij affligantur, tamen non delebuntur, imo eorum posteritas glorificabitur & cummulabitur omnibus bonis: Sicut posteritas Davidis mansit in possessione regni, posteritas Saulis est deleta.

**a** Potens in terra erit semen eius, generatio rectorum benedictetur.

Opes & diuitiæ in domo eius, iusticia eius manet in seculum seculi.

Exortum est in tenebris lumē rectis, à misericorde, miseratore & iusto.

bum Dei & timere Deum sola uera sapiētia & qui huic doctrinæ obtemperant, illis erit salutaris.

## I.

Propositio. placet Deo, qui uere Deū colit et habiturus est in gentia bona.

## III.

Cōsolatio, Iusti habēt consolationem & liberationē

LIBER

in afflictio- b v. i. Illi viro bene erit, qui præstat  
nibus nec talem misericordiam & mutuationem  
deseruntur qualem flagitat Deus, scilicet quæ fiat  
sicut illi propter Deum & in fide liberaliter, sine  
qui sunt captatione & fœnore, ita fiunt spiritu  
sine deo. ales cultus Dei.

iiii. Bene viro qui miseretur & cō  
Quæ offi- modat, & administrat negocia,  
cia præstan sua iuste.  
da sint pro  
ximo.

vi. Repetit promissiones, quasi di-  
cat, Etiã si affligetur aliquãdiu iustus, ta-  
men tandẽ liberabitur & habebit ui-  
tã, tranquillitatem & gloriã perpetuã.

Item et si in tantis ærumnis iusti uer-  
santur, ut Deus uideatur eorum obli-  
tus, negligere, deserere, proijcere eos,  
tamẽ erunt in memoria æterna, id est,  
Deus nunquam obliuiscetur eorum,  
sed liberabit eos tandem ex ærumnis.

e Quia in æternũ non commo-  
uebitur, in memoria æterna erit  
iustus.

d vi. Prior pars est promissio, altera  
est præceptũ & doctrina de fide & qua  
si ratio promissionum. Ideo defende-  
tur iustus, quia confidit in Domino.

d A nuncio malo non timebit,  
firmũ est cor eius sperare in D O  
MINO.



viii. c Repetit utrâque sententiam de fide & euentu, Erectum est cor, scilicet fiducia misericordię & præsentia Dei.

e Confirmatum est cor eius, nō timebit, donec gaudebit de inimicis suis.

ix. f Præceptum de liberalitate seu E. leemosynis cui additur promissio.

f Dispersit, dedit pauperibus, 2. Cor. 9. iusticia eius manet in seculum seculi, cornu eius exaltabitur in gloria.

Impius uidebit & irascetur, de tibus suis fremet & tabescet, desiderium impiorum peribit.

x.  
Antithesis in qua prædicat impijs pœnas.

CXIII.

Prophetia de regno Christi & Euangelio euulgâdo per totum orbem, quod prædicetur misericordia dei, quod uere misereatur, quod respiciat, adiuuet & saluet humiles, afflictos & abiectos, pro his summis beneficijs hortatur Ecclesiam ut Deo gratias agat.

HALLELVIA.

Laudate serui DOMINVM laudate nomen DOMINI.

l.  
Propositio, gratias agite Deo pro regno Messie.

Sit nomē DOMINI benedictū

Z uñ

LIBER

ex hoc nunc & usque in seculum  
 a ii. Prophetia de Euangelio spar-  
 gendo in totum orbem, & regno Chri-  
 sti spirituali in omnes gentes, non tan-  
 tum Iudæos.

a A SOLIS ortu usq; ad occasu,  
 laudetur nomen DOMINI.

Excelsus super omnes gentes  
 DOMINVS, & super cælos glo-  
 ria eius.

Quis sicut DOMINVS Deus  
 noster, qui in altis habitat?

iii.  
 Recenset  
 beneficia.

b iii. In Ecclesia recipit humiles,  
 afflictos.

b Humilia respicit in cælo & in  
 terra.

Erigens è puluere inopem, &  
 de stercore erigens pauperem.

v.  
 Ad confer-  
 uandas po-  
 litias eue-  
 hit paupe-  
 res, ut Io-  
 seph, Dan-  
 iel, Mose,  
 David.

Vt collocet eum cum principi-  
 bus, cum principibus populi sui.

c vi. In Oeconomia dat sobole,  
 uictum, defendit, &c.

c Qui habitare facit sterilem in  
 domo, matrem filiorum lætantē,

Halleluia. CXIII.

Gratiarum actio pro liberatione ex  
 Aegypto decantata in Paschate, & pro  
 data

data terra promissa. Nobis est gratiarum actio quod per Christū liberati sumus ex regno peccati, mortis & diaboli, & traducti in ipsius regnum, quod est regnum gratiæ & uitæ æternæ, & adhuc ab ipso regimur, defendimur.

a 1. Narratio & exemplū, ut hic populus seruatus est propter promissiones, ita Ecclesia omnibus temporibus seruabitur, quæ habet uerbum & ueros cultus.

¶ IN exitu Israelis de Aegypto, domus Iacob de populo barbaro facta s. est Iuda sanctificatio eius, Israel dominatio eius.

Mare uidit & fugit, Iordanis conuersus est retrorsum.

Montes exilierunt ut arietes, & colles sicut agni ouium.

Quid est tibi mare quod fugisti, & tu Iordanis quod conuersus es retrorsum?

Montes exiliistis sicut arietes, & colles sicut agni ouium?

A facie Domini mota est terra, a facie Dei Iacob.

Qui conuertit petras in stagna aquarum, & rupē in fontes aquarum.

s. data lege, uerbo, cultu, & constituta politia.

11.

Hæc miracula recitantur ad exuscitandam & confirmandam fidem & inuocationē, ut credamus Deum quoque ita credentes & inuocantes nos uelle exaudire iuuare.

Gratiarū actio quod Deus uere præstat promissa, quod exaudit & liberat pios & è cōtra punit impios, ideoque docet timendū esse Deum, & ipsi credendum, & hac fide inuocandum, quod uere sit exauditurus nos, & daturus promissa.

1. **NON** nobis **DOMINE** nō nobis, sed nomini tuo da gloriā, Propter misericordiam tuam, & ueritatem tuam.

Quare dicent gentes, ubi nūc est Deus eorum?

11. Antithesis, nos habemus uerum Deū conditorē rerū, loquentem nobiscum per uerbū, respicientē, exaudientem, sa' uantem nos, Sed uestri dij sunt hominū opera: sūt muti, cæci, surdi & c.

Deus autem noster in cælo, omnia quæcunque uoluit fecit.

Simulachra illorum sunt argentum & aurum, opera manuum hominum.

Os habent sed non loquuntur, oculos habent sed non uident.

Aures habent sed non audiunt, nares habent sed non odorant.

Manus habent sed non palpant, pedes

Pedes habent sed non ambulant,  
non meditantur in gutture suo.

Similis illorum sunt qui faciūt  
ea, & omnes qui cōfidunt in eis.

b iii. Docet non idololatrias qui ipsi sibi Deos & cultus sine uerbo & mādato Dei fingūt esse Ecclesiā: sed eum populum qui uerbum & ueros cultus: fidē: inuocationem: spem: timorem habet: & tales habere Deum adiutorem & protectorem.

b Israel spera in DOMINO, adiutor eorum & protector eorum ipse est.

Domus Aaron sperate in DOMINO, adiutor eorum & protector eorum ipse est.

Qui timent DOMINVM sperant in DOMINO, adiutor eorum & protector eorum ipse est.

c iii. Consolatio. Et siam si aliquandiu finit nos affligi, & differt auxilium, tamen ideo non deserit nos non obliuiscitur nostri, sed cum est opus, adiuuat, et mirabiliter seruat nos, Benedicit politix Israelis & sacerdotio Aaronis, fauet, dat successus &c.

c DOMINVS memor est nostri,  
&



LIBER

& benedixit nobis, Benedicit  
domui Israel, benedicit domui Aa  
ron.

Benedicit omnibus qui timēt  
DOMINVM, pusillis cum maio  
ribus.

d v. Gratiarum actio & precatio,  
ut Deus hæc beneficia conseruet & au  
geat in Ecclesia & politia.

d Accumulet DOMINVS su  
per uos, super uos & super filios  
uestros.

e vi. Gratulatio. Sola Ecclesia in Chri  
sto benedicta. Ephes. i. Qui benedixit  
nos.

e Benedicti uos à DOMINO  
qui fecit cœlum & terram.

Cœli d cœlorum, DOMINI  
sunt, terram autem dedit filijs ho  
minum.

d Hic Deus ubique adest, gubernat & conseruat  
uniuersam naturã rerũ, ac ita agnosci uult, quod  
ubique respiciat, exaudiat, seruet pios. Deinde terrã  
dedit filijs hominũ, id est, ille Deus etiam dat bona  
corporalia, regimen politicum, defensionem &c.

f vii. Claudis per precationem, Inuocamus te,  
nō quærentes nostra merita, sed confidētes tua mise  
ricordia, quod gratis recipias, exaudias, salues iuxta

pro-

promissiones, & ideo petimus nos exaudiri, ut tibi tribuatur laus misericordie, & inorescat gloria tua.

**f** Nō mortui laudabunt te **DOMINE**, neque omnes qui descēdunt in infernum.

Sed nos benedicimus **DOMINO**, ex hoc nunc & usque in seculum, Halleluia.

CXVI.

Gratiarū Actio quod exauditus & ex grauissimis horroribus liberatus sit. Altera pars continet querelam de afflictionibus propter confessionem doctrinæ.

**D**ilexi, quod audiuit **DOMINVS** uocem orationis meæ.

Quia inclinauit aurem suā mihi, & in diebus meis inuocabo.

Circundederūt me funes mortis, & anxietates inferni inueniunt me, Tribulationem & dolorem inueni.

**a** **iii.** Quomodo sit liberatus: fide inuocans misericordiam Dei.

Et nomen **DOMINI** inuocauit, **O DOMINE** libera animam meam.

**i.**  
Propositio,  
Ago gratias quod sū exauditus & liberatus.

**ii.**  
Ratio & Narratio ingentium terrorū & dolorum.

LIBER.

IIII.  
Promissio,  
& consolatio.

Misericors DOMINVS & iustus, & Deus noster miseretur.

Custodiens paruulos DOMINVS, humiliatus sum, & liberauit me.

v.  
Cōsolatur  
& erigit se  
ex Dei bonitate.

Reuertere anima mea in requiem tuam, quia DOMINVS benefecit tibi.

Quia eripuit animam meam de morte, oculos meos à lachrymis, pedes meos à lapsu.

2. Cor. 4. Ambulabo coram DOMINO in terris uiuorum.

b. vi. Querela de afflictionibus propter confessionem doctrinæ.

CREdidi propter quod locutus sum, ego autem humiliatus sum ualde.

i. uana sal<sup>o</sup>  
hominis.

Ego dixi in cōsternatione mea, i. omnis homo mendax.

Promittit  
se gratum  
fore pro liberatione.

Quid retribuā DOMINO, pro omnibus beneficijs erga me?

Calicem salutarem accipiam, & nomen DOMINI inuocabo.

Vota mea DOMINO reddam coram

coram omni populo eius.

Preciosa in conspectu DOMINI mors sanctorum eius.

O DOMINE quia ego seruus tuus, ego seruus tuus, & filius ancillæ tuæ, diripuisti uincula mea.

Tibi sacrificabo hostiam laudis, et nomen DOMINI inuocabo.

Vota mea DOMINO reddam in conspectu omnis populi eius.

In atrijs domus DOMINI, in medio tui Hierusalem, Halleluia.

CXVII.

Prophetia de Christo & eius regno spiritali & æterno propagâdo per totum orbem, ita ut una sit Ecclesia ex Iudæis & gentibus, collecta per uocem Euangelij, cui credentes & obediens sine circumcissione & lege seruentur, & cultum in hoc regno nō fore externam, sed spiritualement, fidem, timorem, gratiarum actionem, laudem &c.

Hortatur itaque totam Ecclesiã ut pro hoc regno gratias agat, & addit rationem. Quia in hoc regno cōfirmata sit & dominetur misericordia, id est, gratuita remissio peccatorum propter regem & pōtificem Christum, quia datur credentibus & petentibus Spiritus sanctus & uita æterna, Deinde, quia ueritas, id est, promissiones sunt ueraces, certæ, fir-

Consolatio & promissio de resurrectione mortuorū.

IX.

Qui sint ueri & precipui cultus Dei.

Laada-

LIBER

1. **L**Audate DOMINUM omnes  
gentes, laudate eum omnes po-  
puli.

Propositio,  
scu exhor-  
tatio.

Ratio.

Quoniam confirmata est fir-  
per nos misericordia eius, & ueri-  
tas DOMINI (manet) in æternū,  
Halleluia.

CXVIII.

Gratiarū actio pro regno Christi &  
Prophetia de eius passione & glorifica-  
tione.

a 1. Propositio. Agite gratias Deo,  
pro omnibus & perpetuis beneficiis.

11.  
Propolitia  
seruata.

111.

Pro sacer-  
dotio, Ec-  
clesia, uer-  
bo, docto-  
ribus.

b 111. Pro  
cœtu rena-  
torū & ue-  
re sanctifi-  
catorum.

v.  
Qualis sit  
cœtus, tri-

**C**onfitemini DOMINO quo-  
niam bonus, quoniam in secu-  
lum misericordia eius.

Dicat nunc Israel, quoniam bo-  
nus, quoniam in seculum miseri-  
cordia eius.

Dicat nunc domus Aaron,  
quoniã in seculum misericordia  
eius.

b Dicant nunc quoniam tñmēt  
DOMINUM, quia in seculū mi-  
sericordia eius.

**I**N tribulatione inuocaui DO-  
MINUM



MINVM, & exaudiuit me in latitudine DOMINVS.

DOMINVS mecum non timebo, quid faceret mihi homo?

DOMINVS mecum, & adiutor meus, et ego gaudebo de osoribus meis.

Melius est cōfidere in DOMINO, quam confidere in homine.

Melius est sperare in DOMINO, quā sperare in principibus.

Omnes gentes circūdederūt me, sed in nomine DOMINI excindam eas.

Circūdantes circūdederūt me, sed in nomine DOMINI excindam eos.

Circūdederūt me sicut apes, & exarserunt sicut ignis in spinis, sed in nomine DOMINI excindā eos.

Impellens impulit me ut caderem, sed DOMINVS adiuit me.

vii. Triumphale Canticum & gratiarū actio pro liberatione. Exo. 15.

bulatorum qui credūt, inuocant, exaudiuntur & iuuantur à Domino.

VI.

Damnat fiducia humanorum præsidiorū.

VII.

Propositum suum exemplum, quam Ecclesia & pij undique prematur: tamen de, in uocatione, spe & uerbo armatos fore uictores.

LIBER

Iudic. 5. 1. Reg. 2. Hæc est uox Euangelij celebrans Christum uictorem peccati, mortis & Diaboli, non hominum merita, sed dei Dexteram & potentiam.

d FORTitudo mea & laus mea  
DOMINVS, & factus est mihi in salutem.

Vox exultationis & salutis in tabernaculis iustorum, Dextera DOMINI fecit uirtutem.

Dextera DOMINI exaltata est, dextera DOMINI fecit uirtutē.

e ix. Effectus fidei & uocis Euangelij, Iohan. 11. Qui credit in me non morietur in æternum.

e Non moriar sed uiuam, et narabo opera DOMINI.

Castigans castigauit me DOMINVS, sed morti nō tradidit me.  
f x. Exhortatio ut principes & populi aperiant portas Ecclesiæ, in qua æterna iusticia & uita per Christum parta prædicetur.

f APERite mihi portas iusticiæ, ingressus in ea confitebor DOMINO.

Hæc porta DOMINI, iusti intrabunt in eam. Confite

x1.

Confitebor tibi quia humiliasti me, & factus es mihi in salutē.

Cultus noui Testamēti.

g x1. Prophetia de passione, quia reprobatus, & de glorificatione Christi, quia factus caput Ecclesiæ collectæ ex Iudæis & gentibus.

g Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli.

Matth. 21.  
Esa. 28.  
Acto. 4.  
1. Pet. 2.

A DOMINO factū est istud, & est mirabile in oculis nostris.

xii.

Hæc est dies quam fecit DOMINVS, exultemus & lætemur in ea.

Tempus noui testamenti dies lætitiæ & uitæ.  
Matth. 20.  
Marc. 11.

h xii. Precatio qua petit seruari & fortunari regnum Christi.

xiii.

h DOMINE da salutem, O DOMINE da prosperitatem.

Regem Triumphatorē esse Deum.

Benedictus qui uenit in nomine DOMINI, Benediximus uobis ex domo DOMINI.

xiiii.

Confessio & gratiarū actio.

Deus DOMINVS, & illuxit nobis, Ornate festum frondibus usque ad cornua altaris.

xv.

Repetitur propositio, gratias agite.

Deus meus es tu, & cōfitebor

## LIBER

tibi, Deus meus es tu, & exaltabo te.

Confitemini DOMINO, quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius.

## CXIX.

Quinque sunt loci præcipui qui in hoc Psalmo traduntur & subinde repetuntur, paululum mutatis uerbis & figuris. Primum traditur mandatum, ut puritas doctrinæ, legis & promissionum de Messia conferuetur. Secundo ut uitentur opiniones & cultus sine uerbo Dei traditi. Tertio traditur doctrina de ueris cultibus, confessione, inuocatione, & de cruce. Quarto inseruntur preces, quibus petimus ut hæc ipsa, quæ præcipit de conseruatione uerbi Dei, & de ueris cultibus, præstare possimus, ut, Da mihi intellectum ut discam mandata tua. Quinto miscentur passim exempla, quæ sunt testimonia de efficacia uerbi Dei, Videlicet, de terroribus & consolatione. Cæterum cum inquit: Seruo mādāta tua. Iustifications tuas custodio, sciendum est Psalmū nō de impletionē legis loqui, sed de studio doctrinæ, & hanc fide & bona conscientia amplector, amo, confiteor, & defendo, & ei obedire incipio.

## ALEPH.

**I.**  
Propositio. **B**Eati immaculati in uia, qui ambulānt in lege DOMINI.  
Beati qui non sunt  
Beati qui obseruant testimonia

nia eius in toto corde inquirunt polluti alium.

II. Ratio & commemoratio commodorum que sequuntur eos qui doctrinae puritatem retinent. Tales enim ueros & gratos, non uanos cultus, ut Saul, Achab, Deo praestant.

Non enim operantur iniquitatem, qui in uis eius ambulant.

Tu mandasti mandata tua custodiri ualde.

Vtinam dirigantur uiae meae ad custodienda statuta tua.

Tunc non confundar, cum respexero ad omnia mandata tua.

Confitebor tibi in recto corde, in eo quod docuisti me iudicia iusticiae tuae

Iustificationes tuas custodiam, non me derelinquas in aeternum.

BETH.

IN quo mundam faciet adolescētor uiam suam, in custodiendo sermones tuos.

In toto corde meo exquisiui te, ne finas me errare a praecipis tuis.

quo errore doctrinae, impio cultu, aut prophano conceptu Dei.

II. Aetiologia.

III. Petit regi uerbo, & haec precatio subinde repetitur.

IIII. Gratiarum actio pro donato uerbo.

Com mendat iuuentuti studiū nerbi, Precatio. Confessio.



LIBER

In corde meo abscondi eloquia  
tua, ut non peccem tibi.

Gratiarum  
actio & pre-  
catio.

Benedictus es DOMINE, do-  
ce me statuta tua.

Confessio.

In labijs meis pronuntiabo  
omnia iudicia oris tui.

Verbum  
preferendū  
omnibus  
uoluptati-  
bus & opi-  
bus.

In uia testimoniorum tuorum  
delectatus sum, sicut super om-  
nes diuitias.

De mandatis tuis loquar, &  
considerabo uias tuas.

In statutis tuis oblectabor, nō  
obliuiscar sermones tuos.

GIMEL.

a benefac.  
Precatio re-  
petita.

**R**etribue seruo tuo, ut uiuam  
& custodiā sermones tuos.

Consolatio  
ex uerbo.

Reuela oculos meos, & confi-  
derabo mirabilia in lege tua.

Confessio.

Peregrinus ego sum in terra,  
non abscondas à me mādata tua.

Contrita est anima mea præ  
desiderio, erga præcepta tua om-  
ni tempore.

Pœna con-

Increpas superbos, maledicti  
qui

qui declinant à mandatis tuis. temptorū

uerbi.

Aufer à me opprobrium & cōtemptum, quia testimonia tua exquisiui. Precatio contra peccatores.

Etenim sederunt principes & aduersum me loquebantur, seruus autem tuus loquitur de statutis tuis.

Nam & testimonia tua gaudium meū, & uiri consiliarij mei. Confessio.

DALETH.

**A**D hæc pulueri anima mea, uiuifica me secundum uerbum tuum.

Vias meas enunciaui, & exaudivisti me, doce me statuta tua. Precatio ut iuuetur & doceatur.

Viam mandatorum tuorum fac me intelligere, & loquar de mirabilibus tuis. Petit uerā sententiam uerbi: se doceri & liberari à falso doctrina.

Liquefacta est anima mea præ anxietate, confirma me secundū uerba tua.

Viam mendacij amoue à me, & legem tuam dona mihi.

Viā ueritatis elegi, iudicia tua proposui mihi. A a iij

LIBER

Adhæsi testimonijs tuis DOMINE, noli me confundere.

Viam mandatorum tuorū curri, cum dilatares cor meum.

H E.

a doceme. **L**egem pone mihi DOMINE  
Precatio ut uiam statutorum tuorum, ut  
doceatur, custodiam ea semper.  
regatur & Da mihi intellectum ut obser-  
confirme- uem legem tuam, & custodiam il-  
tur. lam in toto orbe.

Petit accen- Deduc me in semita mandato-  
di in se amo rum tuorum, quia ijs delector.  
rem uerbi, Inclina cor meum ad testimo-  
& deleri cu nia tua, & non ad avariciam.  
piditates Auerte oculos meos ne uideāt  
prohibitas, uanitatem, in uia tua uiuifica me.  
ne à uerbo Confirma seruo tuo eloquiū  
deficiat. tuum, ut timeam te.

Aufer à me opprobrium meū  
quod timeo, quia iudicia tua iur-  
cunda.

Ecce concupiui mandata tua,  
in iusticia tua uiuifica me.

VAV.

**E**T ueniat super me misericordia tua DOMINE, salutare tuum secundum eloquium tuum. Petit mitti promissum Messiam.

Ut respondeam exprobrantibus mihi uerbum, quia speravi in sermonibus tuis. Confessio.

Et ne auferas de ore meo uerbum ueritatis unquam, quia in iudicijs tuis speravi. Precatio.

Et eustodiam legem tuam semper in seculum seculi. Confessio.

Et ambulabo in latitudine, quia mandata tua exquisiui. Cōsolatio.

Et loquar de testimonijs tuis in conspectu regum, & non confundar. Studium uerbi excitat ad confessionem.

Et oblectabor in mādatis tuis quæ dilexi.

Et leuavi manus meas ad mādata tua quæ dilexi, & loquar de statutis tuis.

Z A I N.

**M**emor esto uerbi serui tui, in

LIBER

Petit se iu-  
uari & ser-  
uari.  
Verbū cō-  
solatio in  
afflictione.  
Narratio  
persecutio-  
nis.  
Cōsolatio.

quo mihi spem dedisti.  
Hæc est consolatio mea in affli-  
ctione mea, quia eloquium tuum  
uiuificauit me.  
Superbi subsannant me ualde,  
à lege autem tua non declinaui.  
Memor fui iudiciorum tuorū  
à seculo DOMINE, & consolatus  
sum.

Indignatio.

Horror apprehendit me pro-  
pter impios, dereliquentes legē  
tuam.

Confessio.

Cantica mea sunt statuta tua,  
in domo peregrinationis meæ.

Gratiarum  
actio.

Memor fui nocte nominis tui  
DOMINE, & custodiui legem tuā.

Hoc opus meum, quod statu-  
ta tua custodiui.

H E T H.

Confessio,  
Petit serua-  
ri ab impijs  
doctoribus

PORTIO mea, DOMINE, dixi cu-  
stodire legem tuam.

Deprecatus sum faciem tuam  
in toto corde, miserere mei secun-  
dum eloquium tuum.

Confessio.

Cogitavi uias meas, & conuer-  
tipe-



ti pedes meos ad testimonia tua.

Festinaui & non distuli, ut custodiam mandata tua.

Coetus impiorum deprædati sunt me, sed legem tuam non sum oblitus. Narratio  
persecutio-  
nis.

Media nocte surgebam ad cō- Gratiarum  
actio.  
fitendum tibi, pro iustis iudicijs  
tuis.

Socius ego sū omnium timentium  
te, et custodientium mandata tua. Quæ sit ve-  
ra Ecclesia.

Misericordia tua DOMINE  
plena est terra, statuta tua doce  
me.

## T H E T H.

**B**onitatem fecisti cum seruo tuo Gratiarum  
actio.  
DOMINE, secundum uer-  
bum tuum.

Bonitatem & disciplinam, &  
scientiam doce me, quia manda- Precatio.  
tis tuis credidi.

Priusquam humiliarer ego er- Doctrina  
de cruce.  
raui, propterea eloquium tuum  
custodiui.

Bonus es tu, & beneficus, do-  
ce me statuta tua. Bb ij

LIBER

Querela eō  
tra impios  
doctores. Cōcinnant cōtra me superbi  
mendaciū, ego autem in toto cor-  
de custodiam mandata tua.

Impinguatum est sicut ad epe-  
cor eorum, ego uero lege tua de-  
lectatus sum.

Repetit do-  
ctrinam de  
cruce. Bonum mihi, quia humiliasti  
me ut discam statuta tua.

Melior mihi lex oris tui, super  
millia auri & argenti.

I O T H.

Precatio. **M**ANUS tuæ fecerūt me, & plas-  
mauerunt me, da mihi intel-  
lectum ut discam mandata tua.

Causa qua  
re petat se  
iuuari. Qui timent te, uidebunt me  
& letabuntur, quia in uerba tua  
speraui.

Confessio. Cognoui **DOMINE** quia ius-  
ta iudicia tua, & in ueritate tua  
humiliasti me.

Ex uerbo  
misericor-  
dia Dei ag-  
noscitur. Fiat misericordia tua ut conso-  
letur me, secundum eloquiū tuū  
seruo tuo.

Veniant mihi miserationes tuæ  
& uiuā, quia tua lege delectabar.

Con-

Confundantur superbi, quia iniuste iniquitatē fecerunt in me, ego autem loquar de mandatis tuis.

Precatio contra persecutores ueræ doctrinæ.

Redeant ad me timentes te, & qui nouerunt testimonia tua.

Precatio pro Ecclesia.

Sit cor meum immaculatum in statutis tuis, ut non cōfundar.

## C A P H.

Concupiuit salutem tuam anima mea, & in uerbum tuum speraui.

Precatio ut iuuetur.

Concupiuerunt oculi mei eloquium tuum, dicentes, quando consolaberis me?

Quia factus sum sicut uter in fumo, statuta tuā non sum oblitus.

Amantes uerbum astringi.

Quot sunt dies serui tui? quando facies de persequentibus me iudicium?

Querela cōtra persecutores & corruptores uerbi.

Foderunt mihi superbi foueas, quæ non fuerunt secundum legē tuam.

Omnia mandata tua ueritas,

LIBER

iniqui persecuti sūt me adiuua me.

Propemodum cōsumpserunt  
me in terra, ego autem non dereliqui mandata tua.

**Precatio.** Secundum misericordiam tuam uiuifica me, & custodiam testimonia oris tui.

L A M E D.

**Cōsolatio.** **I**n æternum DOMINE, uerbum tuum permanet in celo.

manebit Ec-  
clesia et eius  
doctrina  
inuitis etiam  
infero-  
rum portis.

In generatione & generatione  
ueritas tua, fundasti terram & permanet.

**Afflictos erigi uerbo.** Ordinatione tua perseverant  
quotidie, quoniam omnia seruiunt  
tibi.

**Confessio.** Nisi lex tua delectatio mea, tunc  
perissem in afflictione mea.

**Precatio,** In æternum non obliuiscar statutorum tuorum, quia in ipsis uiuificasti me.

**Querela de persecutio-  
ne.** Tuus sum ego, saluum me fac,  
quoniam mandata tua exquisiui.

**Verbum  
Dominum  
net in æternum.** Me expectauerunt impij ut perderent me, testimonia autem tua considerabo. **Omnis**

Omnis consummationis uidi  
finem, sed latum mandatum tuū  
ualde.

M E M.

Quomodo dilexi legem tuam, a Quam.  
tota die meditatio mea est. Gratiarum  
actio pro re  
uelato uer  
bo.

Super inimicos meos pruden-  
tem me fecisti mandato tuo, quia  
in aeternum id mihi est.

Super omnes docentes me sa-  
pientiozem me fecisti, quia testi-  
monia tua meditatio mea est.

Super senes intellexi, quia man-  
data tua custodiui.

Ab omni uia mala prohibui pe-  
des meos, ut custodiā uerba tua.

A Iudicijs tuis non declinaui,  
quia tu legem docuisti me.

Quam dālcia faucibus meis  
eloquia tua? super mel ori meo.

Ex mandatis tuis prudentior  
reddor, propterea odiui omnem  
uiam mendacem.

N V N.

Lucerna pedibus meis uerbum Verbo tan.



LIBER

quam lucer tuum, & lumen semitis meis.  
na illumina Iuravi, & statui custodire iu-  
ri tenebras dicia iusticiæ tuæ.

Precatio et Humiliatus sum ualde, D O M I  
doctrina de NE uiuifica me secundum uerbū  
cruce. tuum.

docere, pro Spontanea sacrificia oris mei  
pagare, cō- beneplacita fac D O M I N E, & iu-  
fiteri uer- dicia tua doce me.

grata sacri \* Anima mea in manibus me  
ficia. is semper, & legem tuam nō sum  
\* Querela oblitus.

de persecu- Posuerunt impij laqueum mi-  
sione. hi, & de mandatis tuis nō erraui.

Hæreditate acquisiui testimo-  
nia tua in æternum, quia exulta-  
tio cordis mei sunt.

Inclinaui cor meum ad facien-  
da statuta tua in æternum.

S A M E C H.

Impios do- I Niquos odio habui, & legem  
ctores esse tuam dilexi.

fugiendos. Adiutor & susceptor meus es  
Ephc. 4. tu, & in uerbum tuum speraui.

Ne circum Declinate à me maligni, & cu-  
seramur sto-

stodiam mandata Dei mei.

quoniam uen-  
to doctri-  
næ.

Suscipe me secundum eloquiũ  
tuum & uiuam, & non cõfundas  
me ab expectatione mea.

Precatio.

Adiuua a me & saluus ero, &  
delectabor statutis tuis semper.

a sustenta.

Conculcas omnes disceden-  
tes a iudicijs tuis, quia mendaciũ  
dolus eorum est.

Cõtemp-  
tes uerbi  
puniri.

Tanquam scoriã abijcis om-  
nes impios terræ, ideo dilexi testi-  
monia tua.

Horruit a timore tui caro mea,  
a iudicijs enim tuis timui.

A I N.

Feci iudicium & iusticiam, non  
permittas me calumniantibus  
me.

Petit se cõ-  
tra syco-  
phantas &  
corrupto-  
res ueræ

Quietum fac seruũ tuum in bo-  
nũ, ne calumnientur me superbi.

doctrinæ de-  
fendi & in  
puritate do-  
ctrinæ ser-  
uari.

Oculi mei defecerũt in saluta-  
re tuũ, & in eloquiũ iusticiæ tuæ.

Fac cum seruo tuo secundũ mi-  
sericordiam tuam, & statuta tua  
docce me.

Bb v

LIBER

Seruus tuus sum ego, da mihi  
intellectū ut sciā testimonia tua.

*oratio.*

ne differas  
auxilium.  
Confessio.

Tempus est ut faciat DOMI-  
NVS, dissipauerunt legem tuā.

Ideo dilexi mandata tua, super  
aurum & obryzum.

Propterea ad omnia mandata  
tua dirigebar, omnem uiam ini-  
quam odio habui.

P E.

Ex studio  
uerbi maio-  
rem lucem  
accendi.

Mirabilia testimonia tua, ideo  
seruauit ea anima mea.

Declaratio sermonum tuorū  
illuminat, & intellectum dat paru-  
ulis.

Descriptio  
desiderij.

Os meū aperui, & hausi, quia  
mandata tua desiderabam.

Precatio.

Aspice in me & miserere mei se-  
cundum iudicium diligentium  
nomen tuum.

Ne regnet  
in me pec-  
catum.

Gressus meos dirige secundū  
eloquium tuum, & non domine-  
tur mihi omnis iniusticia.

Petitio cō-  
tra aduersa-  
rios.

Redime me à calumnijs homi-  
num, & custodiam mandata tua.

Fas

Faciem tuā illumina super seruum tuum, & doce me statuta tua. Petitio ut doceatur. *z álos*

Riuulos aquarum deduxerūt oculi mei, quod non custodierūt legem tuam.

## S A D E.

Iustus es DOMINE, & rectum iudicium tuum.

Mandasti iusticiam testimoniorum tuorum, & ueritatem tuā ualde.

Tabescere me fecit zelus meus, quia oblitū sunt uerba tua inimici mei.

Purgatum eloquium tuū uehementer, & seruus tuus dilexit illud.

Paruulus sum ego & cōtempus, sed statuta tua nō sū oblitus.

Iusticia tua iusticia in æternum, et lex tua ueritas.

Tribulatio & angustia inueniunt me, mandata tua delectatio mea est.

Aequitas testimonia tua in æternū, intellectū da mihi & uiuam.

*Querela, tu præcipis cōseruari doctrinæ puritatem, sed impij eā corrumpūt, cōtempunt, & persequuntur, Doctrina tua est effica x.*

Precatio  
contra cor  
ruptores ue  
ræ doctri  
næ.

**C**Lamaui ex toto corde, exau  
di me **DOMINE**, statuta tua  
custodiam.

Clamaui ad te, saluum me fac,  
ut custodiam mandata tua.

Præueni in diluculo & clama  
ui, quia in uerba tua speraui.

Præuenerunt oculi mei uigi  
lias, ut loquar eloquia tua.

Vocem meam audi secundum  
misericordiam tuam **DOMINE**,  
& secundum iudicium tuum ui  
uifica me.

Appropinquauerunt persecu  
tes me dolo, à lege autem tua lon  
ge facti sunt.

Prope es tu **DOMINE**, & om  
nia mandata tua ueritas.

Iprius cognoui de testimonijs  
tuis, quia in æternum fundasti ea.

R E S.

a afflictio  
nem.  
Petit libera  
ri à persecu  
toribus uer  
bi.

**V**ide a humilitatem meam & e  
ripe me, quia legem tuam non  
sum oblitus.

Iudica



Iudica iudicium meū, & redime me, propter eloquium tuum uiuifica me.

Longe ab impijs salus, quia statuta tua non exquisierunt.

Misericordiae tuae multae DOMINE, secundum iudicium tuū uiuifica me.

Multi qui persequuntur me & tribulant me, à testimonijs autem tuis non declinaui.

Propter persecutiones à uerbo Dei non discedendū.

Vidi prauaricantes & tabescebam, quia eloquia tua non custodierunt.

Vide quod mandata tua dilexisti DOMINE, secundum misericordiam tuam uiuifica me.

Principium uerborum tuorū ueritas, & in aeternum omnia iudicia iusticiae tuae.

## SCHIN.

Principes persecuti sunt me sine causa, & à uerbis tuis formidauit cor meum.

Latabor ego super eloquia tua

## LIBER

tua, sicut qui inuenit spolia multa.

Verbū non  
corrumpē-  
dum in gra-  
tiam princi-  
pum.

Promissio  
& consolatio  
piorum  
doctorum,  
qui propter  
crucem à  
uera doctri-  
na non re-  
cedunt.

Repetit pre-  
cationem  
in fine, ut re-  
gatur uer-  
bo. Rogo ut  
me exaudi-  
as, iuxta æ-  
ditas pro-  
missiones.

Gratiarum  
actio, lauda

Mendaciū odio habui & abo-  
minatus sum, legem autem tuam  
dilexi.

Septies in die laudem dixi tibi,  
propter iudicia iusticiæ tuæ.

Pax multa diligentibus legem  
tuam, & non est illis scandalum.

Expectabam salutare tuū D O  
MINE, & mandata tua feci.

Custodiuit anima mea testimo-  
nia tua, & dilexit ea uehementer.

Seruauī mandata tua, & testi-  
monia tua, quia omnes uia meæ  
in conspectu tuo.

## THAV.

**A**ppropinquet deprecatio mea  
in conspectu tuo D O MINE,  
iuxta eloquium tuum da mihi in-  
tellectum.

Intret postulatio mea in con-  
spectu tuo, secundum eloquium  
tuum eripe me.

Eructabūt labia mea hymnū,  
cum

cum docueris me statuta tua.

bo te & la-  
te spargam  
doctrinam  
tuam.

Pronunciabit lingua mea elo-  
quium tuum, quia omnia manda-  
ta tua iusticia.

Fiat manus tua ut saluet me,  
quoniam mandata tua elegi.

Cōcupiui salutare tuū D O M I  
NE, & lex tua delectatio mea est.

Viuat anima mea & laudabit  
te, & iudicia tua adiuuabunt me.

Precatio.

Erraui sicut ovis quæ periit,  
quære seruum tuum D O M I N E,  
quia mādata tua nō sum oblitus.

Serua me  
peccatorē,  
propter mi-  
sericordiā  
in uerbo  
tuo promif-  
sam.

C X X.

Precatio contra impios doctores,  
corruptores ueræ doctrinæ, & hostes  
piorum doctorum.

CANTICVM GRADVVM.

1. Narratio, qua proponit suum  
exemplum Ecclesiæ, quo afflicti con-  
fugiendum sit, & promittit fore ut cre-  
dentes exaudiantur.

A D D O M I N V M cum tribu-  
larer clamaui, et exaudiuit me.

D O M I =

II.

Propositio,  
peto serua-  
ri doctrinæ  
puritatem  
contra mē-  
daces lin-  
guas.

DOMINE libera animā meā  
à labijs mendacibus, & à lingua  
dolosa.

a III. Ratio, Quia tam sunt pestife-  
ræ quam sagittæ, & quam ignis in iuni-  
peris.

Quid dabit tibi, aut quid ad-  
det tibi lingua dolosa?

Est ut sagittæ acutę potentiſ,  
ut ignis in iuniperis.

IIII.

Querela  
quod Eccle-  
sia in me-  
dio hostiū  
ſita ita op-  
pugnatur.

Heu mihi quod peregrinus  
ſum in Meſech, & habito in taber-  
naculis Kedar.

Meſech  
Tartari.

Kedar Ara-  
bia.

Moleſta eſt habitatio animæ  
meæ, cum hiſ qui oderūt pacem.  
Ego pacificus, ſed cum loquor,  
illi belligerantur.

CXXI.

Conſolatio afflictæ Eccleſiæ & ſin-  
gularum piorum, eos reſpici & iuvari  
à Domino. Continet Pſalmus doctrinā  
fidei.

CANTICVM GRADVVM.

a I. Narratio, Dominus qui in Sione  
ſe certo uerbo & admirandis testimo-  
nijs, deinde miſſo Filio & donato Spiri-  
tu ſancto & Euangelio patefecit, reſpi-  
cit,

ait, exaudit & iuuat inuocantes se uera fiducia.

**L**Euauí oculos meos in mōtes,  
unde uenit auxilium mihi.

Auxilium meū a DOMINO,  
qui fecit cœlum & terram.

Non dabit ut moueatur pes  
tuus, neque dormiet qui custo-  
dit te.

Ecce non dormitabit neq; dor-  
miet, qui custodit Israel.

DOMINVS custodiat te, DO-  
MINVS umbra tua super manū  
dexteram tuam.

id est gubernat, defendit res & actio-  
nes tuas.

Per diem Sol non uret te, neq;  
Luna per noctem.

DOMINVS custodit te ab o-  
mni malo, custodiat animam tuā

DOMINVS.

DOMINVS custodiat introi-  
tum tuum & exitum tuū ex hoc  
nunc & usque in seculum.

CXXII.

Gratiarum actio pro dono uerbi  
Dei.

Cc

**I.**  
Excitat &  
confirmat  
fidem addi-  
tis dulcissi-  
mis promiss-  
ionibus.

Interpreta-  
tur priorē  
uersum.

**III.**

Precatio ut  
seruetur Ec-  
clesia.



LIBER  
CANTICVM GRADVVM  
Dauidis.

a i. Narratio, ago gratias quod uerbum & uerum cultum dedisti, & quod hæc stabant & mansura sunt.

**L** Aetatus sum in his quæ dicta sunt mihi, in domū DOMINI  
ibimus.

Stantes erunt pedes nostri, in portis tuis Hierusalem.

12  
Causæ cur  
Deus ædificet & seruet Ecclesiam, ut populus ad docendum & audiendum uerbum Dei, ad preces & gratiarum actiones conueniat.

Hierusalem ædificatur ut sit ciuitas, in qua conueniatur.

Ut illic ascendat tribus, tribus DOMINI, ad testimoniū Israel, & ad confitendum nomini DOMINI.

b. iii. Quia sola Ecclesia habet sedem Dei & cœlestis doctrinæ, exercentem iudicium, arguentem & remittentem peccata &c. Et hæc est sedes domus Dauidis, id est, Christi & Ecclesie sue.

b Quia illic sederunt sedes in iudicium, sedes domus Dauid.

Preca

c iii. Precatio ut omnibus bonis  
 floreat Ecclesia, & ut concordia sit in  
 Ecclesia inter doctores & in Republi-  
 ca & in Oeconomia.

c Rogate quæ ad pacem sunt  
 Hierusalem, & prosperentur dili-  
 gentes te.

Sit pax intra muros tuos, &  
 prosperitas in palatijs tuis.

d v. Consolatio. Multa incommoda sustinea-  
 da sunt gubernantibus Ecclesiam, Politiam, Oeco-  
 nomiam, sed hæc mala propter fratres, Ecclesiam,  
 Deum, ut illis seruiamus & quæramus bona, feren-  
 da sunt. 2. Timoth. 2. Omnia suffero propter ec-  
 ctos, ut & ipsi salutem consequantur.

d Propter fratres meos & pro-  
 ximos meos, loquar tibi pacem.

Propter domū DOMINI Dei  
 nostri, quæram bona tibi.

CXXIII.

Oratio Ecclesiæ in hoc mundo contemptæ con-  
 tra hypocritas, Epicureos, & potentes hostes & con-  
 temptores Ecclesiæ Dei.

CANTICVM GRADVVM.

1. Querela, Sumus contempti, deserti, Ergo in-  
 te solum respicimus. 2. Paral. 20.

## LIBER

i.  
Collatio ex  
similitudini  
bus, & tri-  
stis gemitus  
differti au-  
xilium.

**A**D te leuam oculos meos, qui  
habitas in cœlis.

Ecce sicut oculi seruatorū (respi-  
ciunt) ad manus dominorum  
suorum, Sicut oculi ancille ad ma-  
nus dominæ suæ, ita oculi nostri  
ad **DOMINVM** Deum nostrū,  
donec misereatur nostri.

ii.  
Precatio, &  
additur cau-  
sa.

Miserere nostri **DOMINE** mi-  
serere nostri, quia multum repleti  
sumus despectione.

Quia multum repleta est ani-  
ma nostra, subannatione opulen-  
torum & contemptu superborū.

## CX XIII.

Gratiarum actio pro defensione & liberatione  
Ecclesie, contra insidias, uim & furores tot hostiū,  
regum, principum, populorum & hypocritarum;  
qui Ecclesiam delere conantur.

## CANTICVM GRADVVM.

i.  
Narratio  
beneficij li-  
berationis.

**N**isi **DOMINVS** ipse fuisset  
nobiscum, dicat nunc Israel.

**N**isi **DOMINVS** ipse fuisset  
nobiscum, cum insurgerent con-  
tra nos homines.

Tunc

Tunc uiuos deglutissent nos, 21.  
 cū accēsus esset furor eorū in nos. Depingit  
 furores ho-

Tūc aquæ absorbuissent nos, stium con-  
 torrens transisset super animam tra pios il-  
 nostram. lustribus si-

Tunc pertransissent super ani militudini-  
 mam nostram aquæ nimis alta. bus.

Benedictus DOMINVS qui 111.  
 non dat nos in prædam dentibus Gratiarum  
 eorum. actio & pro-  
missio Deū

Anima nostra sicut auis crepta semper esse  
 est, de laqueo aucupis, Laqueus custodem  
 cōtritus est, & nos liberati sumus. Ecclesiæ.

Adiutorium nostrum in nomi 1111  
 ne DOMINI qui fecit cœlum & Consolatio  
 terram. Deum ser-  
uare suos  
ex pecca-  
tis, morte &  
omnibus

CXXV.

Gratiarum actio quod Ecclesiam & malis.  
 pios doctores à Tyrannis oppressos li-  
 berat, & comminatio, fore ut declinan-  
 tes à uera doctrina hypocritas perdat  
 Deus. Continet doctrinam fidei & spei.

CANTICVM GRADVVM. 1.  
 Propositio  
 & promissio  
 qua fi-  
 des exusci-  
 tanda est.

QVI CONFIDUNT IN DOMINO,  
 sicut mons Zion, nō commo-  
 uebuntur, sed in æternum perma-  
 nebunt.

LIBER

II.  
Amplificatio. In circuitu Hierusalē sunt montes, sic DOMINVS in circuitu populi sui est, ex hoc nunc & usque in seculum.  
4. Reg. 6.

III.  
Ratio & promissio. Quia non permanebit sceptrū impij super sortem iustorum, ut non extendant iusti ad iniquitatē manus suas.  
Psal. 85.  
id est, ne deficient, ne blasphement.

IIII.  
Precatio. Benefac DOMINE, bonis & rectis corde.

v.  
Comminatio. Declinantes autem ad prauitates suas ducet DOMINVS cum operantibus iniquitatē, Pax autem super Israel.

CXXVI.

Prophetia de liberatione ex peccato, morte, lege, &c. per Christum futura, & in uulgatione Evangelij, per quod regnum Christi propagatur, mors & Satan uincitur, & abolentur omnia mala. Est & simul gratiarum actio pro liberatione ex captiuitate Babylonica & alijs omnibus malis.

CANTICVM GRADVVM.

i.  
Narratio. CVM liberauerit DOMINVS captiuos Zion, erimus sicut somniantes.

Tunc



Tūc replebitur risu os nostrū,  
& lingua nostra exultatione: Tūc  
dicent inter gentes, magna fe-  
cit DOMINVS cum eis.

¶ I.  
Effectus E-  
uangelij  
quod canit  
triumphū  
Christi, gau-  
dium, pax.

Magna fecit DOMINVS  
nobiscum, ideo facti sumus lætan-  
tes.

a. iii. Precatio, peto ut liberatio per  
Christum sit in me efficax, ut reliquæ  
peccati ita in me exiccentur, ut aquæ  
in mari rubro.

¶ Conuerte DOMINE capti-  
uitatem nostram, sicut aquas ad  
austrum.

¶ IIII.  
Consolatio  
& promif-  
sio, humilia-  
tos glorifi-  
cari.

Qui seminant in lachrymis, in  
exultatione metent.

Euntes eunt & flentes portāt  
preciosum semen, Venientes au-  
tem uenient cum exultatione, por-  
tantes manipulos suos.

CXXVII.

Docet Psalmus politias & Oecono-  
mias non posse gubernari, regi, defen-  
di, nisi benedicente Domino.

LIBER  
CANTICVM GRADVVM  
*Salomonis.*

*r.*  
Propositio. **N**isi DOMINVS ædificauerit  
Oecono- domum, in uanū laborāt qui  
mia. ædificant eam.

Politia. Nisi DOMINVS custodierit  
ciuitatem, frustra uigilat qui cu-  
stodit eam.

*ii.*  
Ratio. Frustra est uobis ante lucem  
*iii* surgere, sero cubitū ire, & magno  
labore parare uictū, cum det dile-  
ctis suis etiam dormientibus.

Sicut soboles, ita & cæ-  
tera omnia sunt Dei do-  
na.

*a.* donum. Ecce hæreditas DOMINI fi-  
lij, sunt merces fructus uentris.  
Victoriam Sicut sagitte in manu præua-  
Dei donum lentis, ita filij adolescentes.  
esse. Beatus uir qui impleuit phare-  
tram suam ex ipsis, non confundentur cum loquentur cū iniuri-  
*Επιφώνη- cis suis in porta.*  
*μα.*

Fœlices Res  
pub. quæ  
hoc donū  
& tales gu-  
bernatores  
& defenso-  
res habent.

CXXVIII.  
Epithalamium & carmen nuptiale,  
quo Propheta & consolatur coniuges,  
& eis omnia fœlicia precatur & pro-  
mittit à Deo.

CANTIA

CANTICVM GRADVVM.

a 1. Propositio, beati sunt qui & interiores cultus & exteriores præstant in agnitione Mediatoris.

**B**Eati omnes qui timent **DOMINVM**, qui ambulant in vijs eius.

b ii. Ratio, quia talium laboribus & actionibus Deus benedicit.

b Labores manuum tuarum manducabis, beatus es & bene tibi erit.

Vxor tua sicut vitis fructifera in lateribus domus tuæ, filij tui sicut rami oliuarum, in circuitu mensæ tuæ.

Ecce sic benedicetur homo, qui timet **DOMINVM**.

Benedicat tibi **DOMINVS** ex Sion, ut uideas bona Hierusalém omnibus diebus vitæ tuæ.

Et uideas filios filiorum tuorum, pacem super Israel.

CXXIX.

Gratiarum actio pro perpetua de-

Dd

III.

Enumerat præcipua commoda matrimonij.

III.

Επιφάνεια.

III.

V.

Precaur talibus benedictiones spirituales & corporales, ut uideant florere Ecclesias, Resp. & Oeconomias.

LIBER

ensione & liberatione Ecclesie. In posteriore parte est precatio contra hostes populi Dei, quibus interitum prædicit.

CANTICVM GRADVVM.

a 11. Narratio & querela Ecclesie ac simul consolatio ac promissio. Et si à iuuentute mea sim oppugnatus, tamen ne quidem inferorum portæ præualebunt mihi.

SAEPE oppugnauerunt me à iuuentute mea, dicat nunc Israel. Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea, & non præualuerunt mihi.

11.  
Commemorat dolores & afflictiones.

Supra dorsum meum arauerunt aratores, prolongauerunt sulcos suos.

111.  
b. Precatio ut evertatur potentia hostium Ecclesie.

b DOMINVS iustus abscindet funes impiorum.

Confundantur & conuertantur retrorsum omnes, qui oderunt Sion.

Sennacherib, Iulianus.

Fiant sicut scenum tectorum, quod priusquam euellatur exaruit.

De quo non impleuit manum suam qui metit, & finem suum qui manipulos colligit.

Et non dixerunt qui præteri-  
bāt, benedictio DOMINI super  
uos, benedicimus uobis in nomi-  
ne DOMINI.

1117.  
Mimesis be-  
ne precantium.

## CXXX.

Precatio pro remissione peccatorum. Continet autem doctrinam de Iustificatione, & est interpretatio promissionis. ipsum semen cōteret caput serpentis, Gen. 3. Et in semine tuo benedicetur, &c. Docet igitur iusticiam remissionis peccatorum & uitā æternam non contingere re ulla alia, quam per solā gratuitam misericordiam Dei propter mediatorem Filium Dei.

## CANTICVM GRADVVM.

1. Propositio, Sentiens peccatum & iustam iram tuam, & quasi in infernum demersus confugio iuxta præceptum tuū ad preces, te inuoco, quare sicuti promisisti exaudi, & à peccatis, ab ira tua me libera. Ita Dauid proponit suum exemplum toti Ecclesiæ, ac docet quomodo à peccato & morte contingat liberatio, non nostris meritis, sed fiducia misericordiæ propter Mediatorem.

DE profundis clamaui ad te  
DOMINE, Domine exaudi  
uocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes,  
in uocem deprecationis meæ.



LIBER

b. II. Ratio propositionis. Si enim uoles impu-  
tare peccata, quæ opera aut merita poterunt oppo-  
ni tibi irascenti? quæ res poterit placare iram tuam?  
Quis feret te damnantem peccata?

b Si iniquitates obseruaueris DO-  
MINE, Domine quis consistet?

c III. Altera ratio, Quia apud te, non in me, nõ  
in meis meritis, aut usquam alibi est propitiatio, id  
est, gratuita propter Mediatorem remissio peccati.  
Atque hoc ideo ut timearis, ne ut hypocritæ, super-  
bi & contumaces ipsi præsumamus nostris meritis  
delere peccata, sed ut ea agnoscentes & deploran-  
tes, in fide & in timore petamus & expectemus remis-  
sionem & iusticiam à Deo promissam propter Me-  
diatorem.

c Quia apud te propitiatio est, ut  
timearis.

d. IIII. Etsi differtur liberatio à sensu pecca-  
ti, iræ tuæ, & horrore mortis & alijs calamitatibus,  
tamen ideo non despero, non languesco, sed fiducia  
misericordiæ in uerbo tuo promissæ, me erigo & su-  
stento. Ita suo exemplo docet Ecclesiam, ne franga-  
tur animis cum differtur liberatio.

d Expecto DOMINVM, expec-  
tauit anima mea, in uerbo eius  
speraui.

Anima mea expectat DOMI-  
NVM, à uigilia matutina usque ad  
(aliam) uigiliam matutinam.

Horta-

v. Hortatur totam Ecclesiam, ut suum exemplum in fide & spe, & petenda liberatione à peccatis & ira Dei imitetur, & addit rationem. Tales enim qui agnoscunt peccata sua & fide petunt & expectant remissionem, habere apud Deum, non iram, sed misericordiam & redemptionem, à peccato & alijs omnibus calamitatibus, & eam quidē non adstrictam, sed copiosam & abundantem, ita ut Gratia exuperet peccatum & iram.

c Speret Israel in DOMINO, quia apud DOMINVM misericordia, & copiosa apud eum redemptio.

vi. Promissio & consolatio, Mittetur Christus qui abolebit peccatum, mortem & Diabolum. Et quanquam Ecclesia sentiet morsus diaboli: tamen secutura est tandem uniuersalis liberatio, ubi Ecclesia ex omnibus malis liberata, fructur æterna gloria & lætitia.

f Et ipse redimet Israel ex omnibus iniquitatibus eius.

## CXXXI.

Hortatur suo exemplo, ut in uerbo & gratuita misericordia Dei, ceu infans in gremio matris mammillam sugens, aequiescamus ne nitamur nostris uiribus, sapientia aut iusticia.

LIBER  
CANTICVM GRADVVM  
Davidis.

1.  
Narratio.

**D**OMINE non est exaltatum  
cor meum, neque elati sunt o-  
culi mei, Neque ambulavi in ma-  
gnis, neque in mirabilibus, quæ  
sunt supra me.

1 Nisi cor fide gratuitam miseri-  
cordiam in Christo apprehendat, non  
potest pacificari, iustificati enim fide  
pacem habemus.

1. Quando animã meã non po-  
sui, & silere feci, tunc erat anima  
mea, sicut ab lactatus à matre sua.

s. gratis  
remittente  
peccata, &  
donante  
vitam, non  
sua iusti-  
tia, &c.

Speret Israel in e DOMINO,  
ex hoc nunc & usque in seculum.  
CXXXII.

Precatio tum pro veteri populo, ut  
Deus regnum & sacerdotium, propter  
promissiones, Davidi factas, servare  
velit, tum pro nouo & æterno Christi  
regno & sacerdotio, & pro regnis quæ  
præbent Ecclesiæ hospitia.

CANTICVM GRADVVM.

1.  
Propositio,  
serua re-  
gnum Da-

**M**emento DOMINE David,  
& omnis afflictionis eius.  
Qui iurauit DOMINO, uotum  
uouit Deo Iacob. Si

Si introiero in tabernaculum  
domus meæ, si ascendero in lectū  
strati mei.

Si dederō somnū oculis meis,  
& palpebris meis dormitationē.

Donec inueniam locum DO-  
MINO, tabernaculū Deo Iacob.

Ecce audiuius eam in Ephra-  
ta, inuenimus eā in campis sylua.

Introibimus in tabernaculum  
eius, adorabimus ad scabellū pe-  
dum eius.

Surge DOMINE in requiem  
tuam, tu & arca fortitudinis tuæ.

Sacerdotes tui induantur iusti-  
cia, & sancti tui exultent.

Propter Dauid seruum tuum,  
non auertas faciem Christi tui.

a iii. Promissio de regno corpo-  
rali Dauidis, addita conditione.

a IV rauit DOMINVS Dauid ue-  
ritatē & nō frustrabitur eum, de  
fructu uentris tui ponam super se-  
dem tuam.

Si custodierint filij tui testamen-

uidis iuxta  
promissio-  
nem.

2. Reg. 7.  
Votum Da-  
uidis.

Hierosoly-  
mis à Dau-  
de Ephra-  
teo.

II.

Precatio ut  
uerbum &  
ministeriū  
conserue-  
tur propter  
promissio-  
nem Dau-  
di factam,  
deinde quod  
que poli-  
tia.

Psal. 89.

LIBER

tum meū, & testimonia mea hæc  
quæ docebo eos, Et filij eorum  
usque in seculum, sedebunt super  
sedem tuam.

1111.  
Promissio,  
Ecclesiam  
quæ uerbū  
Sionis ha-  
bet perpe-  
tuo mansu-  
ram.

Quoniam elegit DOMINVS  
Sion, elegit eā in habitationē sibi.  
Hęc requies mea in seculū secu-  
li, hic habitabo quoniā elegi eam.  
v. Promissio. Ecclesiam & pios  
eius ministros habituros uictum & a-  
mictum.

Victui eius benedicens bene-  
dicam, pauperes eius saturabo pa-  
nibus.

VI.  
Promittit  
etiam spiri-  
tualia bo-  
na Ecclesie  
& eius mini-  
stris.

Sacerdotes eius induam salu-  
tari, & sancti eius exultatione ex-  
ultabunt.

Illic crescere faciam cornu Da-  
uid, paraui lucernā Christo meo.  
Inimicos eius induam confu-  
sione, super ipsum autem efflore-  
bit corona eius.

VII.  
Claudit cō-  
minatione  
& promissio-  
ne.

CXXXIII.

Hortatur ad seruandam concor-  
diam in Ecclesia, Politia & Oecono-  
mia, & ut pro hoc dono agatur gratie.

Ecce



## CANTICVM GRADVVM.

**E**Cce quam bonū & quam iucundū, habitare fratres in unū. Propositio,  
Concordia  
est res bona.

a. 11. Rationes, sicut enim balsamum infusum capiti Aaronis, & in barbam ac uestes effluens, omnia fragranti odore replet, ita à capite Christo consensus doctrinæ & Spiritus sanctus promanans in doctores uerbi, recreat totam Ecclesiam. Deinde sicut ros recreat sata & herbas, ita principum concordia reficit & conseruat ciues & totam Rempubli- cam. Postremo Deus promittit se uelle iuuare cōcordes.

a Sicut oleum preciosum super caput, quod descendit in barbam Aaron, Quod descendit in oram uestimenti eius.

Sicut ros Hermon qui descendit in montem Sion: Quoniam illic promittit DOMINVS benedictionem, & uitas usque in seculū. Exod. 17.

CXXXIII.

Hortatur ministros uerbi ut sedulo suum officium faciant, & cæteros pios, ut ministerium uerbi iuuent & ornēt.

## CANTICVM GRADVVM.

**E**Cce nunc benedicite DOMINO, omnes serui DOMINI, 1.  
Docete.

## LIBER

Qui statis in domo DOMINI  
per noctes.

ii.

Orate.

Extollite manus uestras ad san-  
ctum, & benedicite DOMINO.

iii.

Promissio.

Benedicat te DOMINVS ex  
Aderit De. Zion, qui fecit cœlum & terram.

us pijs mi-  
nistis.

CXXXV.

Eiusdē argumenti cum præcedēti.

## HALLELVIA.

i.

Propositio.

Laudate nomen DOMINI, lau-  
date serui DOMINVM.

Rationes.

Qui statis in domo DOMINI,  
in atrijs domus Dei nostri.

i.

Laudate DOMINVM, quia  
bonus Dominus, psallite nomini  
eius quoniam suauē.

ii.

Quoniā Iacob elegit sibi DO-  
MINVS, Israelem in peculiū sibi.

iii.

Quia crea-  
tor rerum.

QVIA ego cognoui quod ma-  
gnus est DOMINVS, Et Deus  
noster præ omnibus dijs.

Omnia quæcunq; uoluit DO-  
MINVS fecit, in cœlo & in terra,  
in mare & in omnibus abyssis.

Educens nubes ab extremo  
terræ,

terræ, & fulgura cū pluuiā fecit,  
Qui producit uentos de thesau-  
ris suis.

Qui percussit primogenita Ae-  
gypti ab homine usque ad pecus.

Et misit signa & prodigia in  
medio tui Aegypte, in Pharaonē  
& in omnes seruos eius.

Qui percussit gentes multas,  
& occidit reges fortes.

Sihon regem Amorrhæorum,  
& Og regem Basan, & omnia re-  
gna Chanaan.

Et dedit terram eorum hæredi-  
tatē, hereditatē Israel populo suo.

DOMINE nomen tuum in æ-  
ternum, DOMINE memoria tua  
in generatione & generationem.

III. Promissio, ubi floret doctrina,  
ibi Dei benedictio & fauor.

Quia iudicabit DOMINVS  
Populum suum, & seruis suis erit  
Propitius.

Simulachra gentiū argentū &  
aurum, opera manū hominum.

Os habēt & nō loquentur, ocu-

Exod. 12.

Narratio  
beneficio-  
rum quæ

huic popu-  
lo exhibuit

Deus.

Num. 21.

Iosu. 12.

Psal. cxv.

Antithesis,

Gētes sunt

sine Deo.

## LIBER

los habent & non uidebunt.

Aures habent & non audient,  
neque enim est spiritus in ore ip-  
forum.

Similes illis qui faciunt ea, &  
omnes qui confidunt in eis.

Hortatur  
politiam &  
Ecclesiam  
ad gratiarū  
actionem.

Domus Israel benedicite DO-  
MINO, domus Aaron benedici-  
te DOMINO.

Domus Leui benedicite DO-  
MINO, qui timetis DOMINVM,  
benedicite DOMINO.

Benedictus DOMINVS ex  
Sion, qui habitat in Hierusalem,  
Halleluia.

## CXXXVI.

Gratiarum actio pro rerum creatione, pro bene-  
ficijs peculiaribus, quæ Deus huic populo exhibuit,  
pro conseruato regno & ministerio uerbi, & addit  
hæc omnia donata non ex meritis, sed gratuita bo-  
nitate & misericordia Dei.

I.  
Propositio,  
gratias agi-  
te Deo,  
quia bo-  
nus est &  
misericors.

CONFITEMINI DOMINO quo-  
niam bonus, quoniam in secu-  
lum misericordia eius.

Confitemini Deo deorū, quo-  
niam in seculū misericordia eius.

Confite-

Confitemini Domino domi-  
norum quoniam in seculum mise-  
ricordia eius.

QVI facit mirabilia magna so-  
lus, quoniã in seculum misericor-  
dia eius. Narratio  
operum &  
beneficiorũ  
Dei.

Qui facit cœlos in sapiētia sua, Gen. 1.  
quoniam in seculum misericor-  
dia eius.

Qui firmavit terram super a-  
quas quoniam in seculum miseri-  
cordia eius.

Qui fecit luminaria magna,  
quoniam in seculum misericordia  
eius.

Solem in dominium diei, quo-  
niam in æternũ misericordia eius.

Lunam & stellas in dominium  
noctis, quoniam in seculum mise-  
ricordia eius.

QVI percussit Aegyptum cũ Exod. 12.  
primogenitis eorũ, quoniam in se-  
culum misericordia eius.

Qui eduxit Israel de medio eo- Exod. 13.  
rum, quoniam in seculum miseri-  
cordia eius. In



LIBER

In manu potenti, & brachio  
extenso, quoniam in seculum mi-  
sericordia eius.

Qui diuisit mare rubrum in di-  
uisiones, quoniam in æternum mi-  
sericordia eius.

Exod. 14.

Et traduxit Israel per medium  
eius, quoniam in seculum miseri-  
cordia eius.

Et subuertit Pharaonem & ex-  
ercitum eius in Mari rubro, quo-  
niã in seculum misericordia eius.

Num. 21.

Qui traduxit populum suum  
per desertum, quoniam in seculum  
misericordia eius.

Qui percussit reges magnos,  
quoniam in seculum misericordia  
eius.

Et occidit reges fortes, quoniam  
in seculum misericordia eius.

Sihon regem Amorraeorum,  
quoniam in seculum misericordia  
eius.

Et Og regem Basan, quoniam  
in seculum misericordia eius.

ET

ET dedit terram eorum hære-  
ditatem, quoniam in seculum mi-  
sericordia eius.

Hæreditatem Israel seruo suo,  
quoniam in seculū misericordia  
eius.

Quia in humilitate nostra me-  
mor fuit nostri, quoniam in secu-  
lum misericordia eius.

Et redemit nos ab inimicis no-  
stris, quoniam in seculum miseri-  
cordia eius.

Qui dat escam omni carni, quo-  
niam in seculū misericordia eius.

Confitemini Deo cœli, quoniã  
in æternum misericordia eius.

## CXXXVII.

Precatio Ecclesiæ cōtra hostes ua-  
statores & derisores suos, Vt Ecclesiam  
& Politias quæ præbent hospitia Eccle-  
siæ, seruet Deus, hostes uero perdat.

SVper flumina Babylonis illic se <sup>1.</sup> Querela  
dimus & fleuimus, dum recor-  
daremur Sion.

In salicibus in medio eius suspē-  
dimus

LIBER

dimus cytharas nostras.

Mimesis de  
risorum.

Quia illic postulauerunt à nobis,  
qui captiuos duxerunt nos, uer-  
ba canticum, cum suspēdissemus in-  
strumenta, læticiæ, cantate nobis  
de canticis Sion.

Responsio.

Quomodo cantabimus canti-  
cum DOMINI, in terra aliena?

II.

Consolatio

SI oblitus fuero tui Hierusalē,  
obliuioni detur dextera mea.

Adhæreat lingua mea faucibus  
meis, Si non meminero tui, Si non  
proposuero Hierusalem summæ  
læticiæ meæ.

III.

Precatio  
contra ho-  
stes piorū  
& Ecclesiæ  
Dei, quorū  
hic interitū  
prædicat.  
Esa. 12.  
Hier. 2.

Memor esto DOMINE filio-  
rum Edom in Hierusalem, Qui di-  
cunt nudate, nudate usque ad fun-  
damentum in ea.

Filia Babylonis deuastata, bea-  
tus qui retribuet tibi retributionē  
tuam quam retribuisti nobis.

Beatus qui apprehenderit & al-  
liserit paruulos tuos ad petram.

CXXXVIII.

Gratiarum actio pro regno Christi,  
& Euangelio donato, quod in fine con-  
seruari petit.

Psal.

## PSALMVS DAVID.

1. Propositio, ago tibi gratias pro regno tuo, in quo remittis peccata, donas spiritum sanctum & uitam aeternam, exaudis & iuuas inuocantes te.

CONFITEBOR tibi in toto corde meo, In cōspectu Deorū psallam tibi.

Adorabo ad templum sanctū tuum, & confitebor nomini tuo.

Pro misericordia tua & ueritate tua, quoniam magnificasti super omnia nomen tuum & uerbum tuum.

In quacunque die inuocauero, exaudi me, multiplica in anima mea uirtutem.

CONFITEANTUR tibi DOMINE omnes reges terræ, quia audierūt uerba oris tui.

Et cantent in uis DOMINI, quoniam magna est gloria DOMINI.

QUONIAM excelsus DOMINVS, & humilia respicit, & excel-

Ee

II.  
Ratio.

III.  
Petit exaudi & confirmari Spiritu sancto.

IIII.  
Hortatur etiam reges gentium ad gratiarum actionem.

V.  
Officium regis, deiicit super-

LIBER

VI. *Gratiarum actio, quod per uerbū consolatur afflictos, & punit hostes.* *sum a longe cognoscit.*  
 Si ambulauero in medio tribulationis, uiuificabis me, & super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam, & saluum me fecit dextera tua.

VII. *Precatio ut seruetur Ecclesia.* *DOMINVS* finiet propter me, *DOMINE* misericordia tua in seculum, & opera manuum tuarū ne deferas.

CXXXIX.

*Gratiarū actio pro creatione & mirabili gubernatione sanctorum, quæ admiranda opera Dei uult considerari ab Ecclesia, ut cum nihil in nostra, sed omnia in ipsius Dei manu sint posita, hoc modo exuscitetur in nobis fides, inuocatio & timor Dei. In fine petit deleri hostes Dei, & se regi uerbo ac Spiritu sancto.*

AD PRÆCINENDVM

*Psalms Davidis.*

I. *Narratio. quæ creatio nem & admirandam gubernationem re-* *DOMINE* probasti me & cognouisti me.  
 Tu nouisti sedere meū, & surgere meum, intellexisti cogitationes meas de longe.

Semi-



Semitam meam, & accubitū meum circumdedisti, & omnes vias meas inuestigasti.

rum descri-  
bit & admi-  
ratur.

Quia non est sermo in lingua mea, Ecce tu DOMINE cognouisti omnia.

Posteriora & anteriora in me formasti, & posuisti super me manum tuam.

Admirabilior & excelsior est scientia, quam ut eam possim assequi.

QVO ibo à spiritu tuo, & quo à facie tua fugiam?

Amos. 9.

Si ascendero in cœlū tu illic es, si lectum strauero in infernum, ecce ades.

Si sumpsero pennas auroræ, & habitauero in extremis Maris.

Etiam illic manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua.

Et dixi: forsitan tenebræ tegēt me, & nox lucida circa me.

Quia tenebræ nō obtenebrāt te, & nox sicut dies lucebit, & tene-

Iacob. 1.

LIBER

bræ sunt sicut lux ipsa

Quia tu possedisti renes meos,  
operuisti me in utero matris meæ.

Gratiarum  
actio.

CONFITEBOR tibi, quia mira-  
biliter formatus sum, mirabilia o-  
pera tua, et anima mea cognoscet  
ualde.

id est in ute-  
ro matris.

Non est occultatum os meū  
à te quando factus sum in occul-  
to, & formatus sum in inferiori-  
bus terræ. i.

Informem massam meam ui-  
derūt oculi tui, & in libro tuo om-  
nia (membra) scripta erant, quæ  
per dies formata sunt, cum adhuc  
nullum eorum extaret.

¶ 111.  
Hortatur  
Ecclesiā ut  
hæc admi-  
randa ope-  
ra Dei con-  
sideret &  
pro eis gra-  
tias agat.

SED mihi quam preciosæ sunt  
cogitationes tuæ Deus, & quam  
multæ summæ earum?

Si numerauero eas, supra are-  
nam multiplicantur, euigilaui &  
adhuc sum tecum.

¶ 1111.  
Petit deleri

OSI occideres Deus impios,  
& uiri sanguinū declinarēt à me.

Qui loquuntur contra te scele-  
rata,

rata, extolluntur frustra hostes tui. impios hostes Dei.

Nonne qui oderunt te DOMINE oderam, & insurgentes contra te abominabar.

Perfecto odio oderam illos, ideo inimici facti sunt mihi.

PRObame Deus & cognosce cor meum, examina me, & cognosce cogitationes meas.

v.  
Precatio ut regatur uerbo & Spiritu S.

Et uide si uia iniquitatis in me est, & deduc me in uia æterna.

CXL.

Precatio contra hostes Ecclesie, qui & dolo & aperta uolentia grassantur in pios.

AD PRÆCINENDVM,

*Psalmus David.*

ERipe me DOMINE ab homine malo, à uiro uiolento serua me.

2.  
Propositiō.

Qui cogitauerunt mala in corde, tota die congregantur ad prælia.

11.  
Narratio periculorū.

Acuerunt linguas suas sicut serpentes, ueneum aspidum sub labijs eorum, Sela.

LIBER

Custodi me DOMINE de manu impij, & ab hominibus uiolētis serua me, Qui cogitauerunt supplantare gressus meos.

Abconderunt superbi laqueū mihi, Et funes extenderunt in rete, iuxta uiam tendiculas posuerunt mihi, Sela.

III.  
Repetitur  
Propositio  
& precatio.

DIxi DOMINO, Deus meus es tu, exaudi DOMINE uocem deprecationis meæ.

DOMINE Deus uirtus salutis meæ, texisti caput meum in die belli.

Ne tradas DOMINE desideria impio, cogitationem eius non permittas progredi, ne forte exaltentur, Sela.

IIII.  
Imprecatio  
contra hostes.

Labor labiorum ipsorū operiat caput eorū, qui me circumdāt.

Pereant sicut Pharao in mari rubro.

Cadant super eos carbones, in ignem deiciat eos, & in foueas, unde non resurgant.

Vir linguosus non stabilietur in terra, uirum uiolentum uenabitur

bitur malū, donec præcipitetur.

Cognoui quia faciet DOMINVS iudicium afflicti, & uindictam pauperum.

Veruntamen iusti confitebuntur nomini tuo, & habitabunt recti coram te.

CXLI.

Precatio ut seruetur uera doctrina Ecclesiæ, & eius corruptores & hostes perdantur.

PSALMVS DAVID.

**D**OMINE clamaui ad te, festina ad me, intende uoci meæ cum clamauro ad te.

Dirigatur oratio mea sicut incensum in cōspectu tuo, eleuatio manuum mearum (sit sicut) sacrificium uespertinum.

Pone DOMINE, custodiam ori meo, & conserua ostium labiorum meorum.

NON declines cor meum ad rē malā, ne occuper operibus iniquitatis, cum hominibus operantibus iniquitatem, & non come-

Et inq̄

v.  
Communiatio.

vi.  
Consolatio & promissio.

i.  
Propositio peto exaudiri, & orationē meā tā esse grātā tibi quā est fumigatio thuris et sacrificiū.

ii.  
Petit se regi uerbo & Spiritu S. ne ut impij doctores, propter gloriā aut opes



uel potenti dam dedelicijs eorum.

am, ueram  
Ecclesie do-  
ctrinam cor-  
rumpat &  
ad principū  
uel multi-  
tudinis uo-  
luntatem  
flectat.

III.

Imprecatio  
pereant im-  
pii docto-  
res, ut sit lo-  
cus pijs.

b III. Concessio. Etiam si castiger  
per uerbū Dei, tamen erit mihi illa re-  
prehensio salutaris.

b Percutiet me iustus in miseri-  
cordia & increpabit me, oleū pre-  
ciosum (id erit mihi) non franget  
caput meum, Quoniā adhuc oro  
contra maliciam eorum.

Deſciantur in loca petrosa do-  
ctores eorum, & audient uerba  
mea quoniam sunt iucunda.

c v. Afflictiones Ecclesie & pio-  
rum doctorum propter uerā doctrinā.

c Sicut qui proſcindit & ſecat  
terram, Diſſipata ſunt oſſa noſtra  
ad infernum.

VI.

Precatio, li-  
bera me ab  
hoſtium fu-  
rore & per-  
de eos.

Quia ad te DOMINE Domi-  
ne oculi mei, in te ſperaui, ne ef-  
fundas animam meam.

Cuſtodi me à laqueo quem ſta-  
tuerūt mihi, & à tendiculis ope-  
rantium iniquitatem.

Cadant in retia ſua impij ſimul,  
ego autem euadam.

Precatio contra hostes Ecclesiæ &  
piorum doctorum.

ERVDITIVM DAVIDIS  
cum esset in spelunca,  
Oratio.

VOce mea ad DOMINVM cla-  
maui, uoce mea ad DOMI-  
NVM deprecatus sum.

Effundo in conspectu eius ora-  
tionē meā, & tribulationem meā  
ante ipsum pronuncio.

Cum anxietur in me spiritus  
meus tu cognouisti semitas meas,  
& in uia hac qua ambulabam ab-  
sconderunt laqueum mihi.

Respice ad dexteram & uide,  
& non est qui cognosceret me.

Perijt mihi refugium, & non  
est qui requirat animam meam.

Clamaui ad te DOMINE, di-  
xi, tu es spes mea, portio mea in ter-  
ra uiuentium.

Intende ad deprecationem me-  
am, quia humiliatus sum ualde.

I.  
Propositio,  
& exemplū  
quo afflictie  
sit confugi-  
endum.

II.  
Narratio  
periculorū.

III.  
Repetitur  
propositio  
& precatio

III.  
Ratio cur  
petat libe-

## LIBER

1111.  
Ratio cur  
petat libe-  
rari, ut in  
Ecclesia ce-  
lebret De-  
um libera-  
torem.

Libera me à persequentibus  
me, quia cōfortati sunt super me.  
Educa de carcere animam meā  
ad confitendum nomini tuo, &  
ad me congregabuntur iusti, cū  
benefeceris mihi.

## CXLIII.

Precatio pro remissione peccatorū,  
Petit autem se exaudiri & sibi remitti  
peccata propter ueritatem, id est, pro-  
pter promissam misericordiam, & ad-  
dit, propter TVAM, non meam iusticiā,  
quæ nulla est, Est autem Dei iusticia,  
quod gratis propter Christum remit-  
tit peccata, & nos pro iustis acceptat.

2.  
Propositio,  
Exaudi me  
petentem  
remitti pec-  
cata, quæ si  
uoles impu-  
tare, nemo  
quantum-  
uis sanctus  
saluabitur.

## PSALMVS DAVID.

11.  
Ratio pro-  
positionis

DOMINE exaudi orationem  
meam, auribus percipe obse-  
rationem meam propter uerita-  
tem tuam, exaudi me propter tuā  
iusticiam.

Et non intres in iudicium cum  
seruo tuo, quia non iustificabitur  
in conspectu tuo omnis uiuens.

QVIA persecutus est inimicus  
animam meam, prostravit ad ter-  
ram

ram uitam meam, Collocauit me in tenebris sicut mortuos seculi.

Et anxius est in me spiritus meus, in me turbatum est cor meum.

*a* *iii.* Ab exemplo patrum, Patres innocentes te exaudisti, & gratis propter promissum semē seruasti, Ergo & mihi remittes peccata, & me seruabis.

*a* Memor fui dierum antiquorum, meditatus sum de omnibus operibus tuis, de factis manuum tuarum loquebar.

Expandi manus meas ad te, anima mea (anhelat) ad te sicut terra sine aqua.

Velociter exaudi me **DOMINE**, defecit spiritus meus, Nō abscondas faciem tuam a me, ne similis fiam descendentibus in foueam.

Auditam fac mihi mane misericordiam tuam, quia in te speraui, Notam fac mihi uiam in qua

quia sentio horrores peccati, iræ tuæ & mortis, ex quibus meis uiribus, nisi tu miserearis, & gratis peccata condones emergere nō possum.

*iiii.* Repetitur propositio subinde at textis rationibus.

*v.* Petit regi uerbo & Spiritu S.

& liberari ambulem, quia ad te leuavi animam  
ab hostibus.  
ab hostibus.

Eripe me de inimicis meis, DOMINE, ad te confugi.

Doce me facere uoluntatem tuam, quia Deus meus es tu, Spiritus tuus bonus deducat me in uiam rectam.

VI. Cause cur liberandus sit.  
Propter nomen tuum DOMINE uiuificabis me, & propter iustitiam tuam educes de tribulatione animam meam.

Et propter misericordiam tuam disperdes omnes inimicos meos, & perdes omnes qui tribulant animam meam, quoniam ego seruus tuus sum.

## CXLIII.

Gratiarum actio pro regno & magistratibus, fatetur autem gerere bella, uictorias, administrare Rempub. obedientiam subditorum & successus in imperijs, non esse humanarum uirium, sed Dei dona, ideo regibus & principibus ab eo petenda & expectanda. Postrema pars Psalmi est querela de impietate & contumacia populi.



## PSALMVS DAVIDIS.

**B**enedictus DOMINVS, Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum.

Misericordia mea & refugium meum, susceptor meus & liberator meus, Protector meus, et in ipso speravi, qui subdit populũ meum sub me.

DOMINE quid est homo quod agnoscis, aut filius hominis quod reputas eum?

Homo uanitati similis factus est, dies eius sicut umbra euanesens.

DOMINE inclina cœlos tuos & descende, tange montes & fumigabunt.

Fulgura coruscationem, & dissipabis eos, emitte sagittas tuas & conturbabis eos.

Emitte manum tuam de alto, eripe me & libera me de aquis multis, de manu filiorũ alienorũ.

i.  
Propositio,  
ago gratias  
quia das  
successus  
in bello, in  
regenda Re  
pub. & quia  
nos defen  
dis.

ii.  
Admiratio,  
Miror cur  
tantis bene  
ficijs ornēs  
hominescũ  
sint umbrae  
somnia.

iii.  
Precatio,  
non cõfido  
meis uiri  
bus, sed tua  
potetia de  
struc uires  
hostium  
Ecclesiæ.

I. Quorum  
& doctrina  
& opera  
peruerſa  
ſunt.

Quorum os locutum eſt uani-  
tatem, & dextera eorum dexte-  
ra mendax.

Deus canticum nouum canta-  
bo tibi, in pſalterio decachordo  
pſallam tibi.

Qui das ſalutem regibus, qui  
redemiſti Dauid ſeruum tuum de  
gladio malo.

a. iii. Altera pars Pſalmi, Querela de  
pietate, contumacia & auaricia popu-  
li, quos filios alienorum uocat, quod à  
patrū fide & uirtutibus degenerabāt.

ERIpe me & erue me de manu  
filiorum alienorum, quorum os  
locutum eſt uanitatem, & dexte-  
ra eorum dextera mendax.

Mineſis &  
uox impio-  
rum, qui o-  
pes pluris  
quā Deum  
& pietatem  
faciunt.

Vt liberi noſtri ſicut plantulæ  
crescentes in iuuentute ſua, Filia  
noſtræ ſicut anguli ædium perpo-  
liti ad ſimilitudinem templi.

Promptuaria noſtra plena re-  
dundantia de uictu ad uictum, O-  
ues noſtræ foetofæ abundantes  
multis millibus in uicis noſtris.

Boues

Boues nostri onusti, nō sit per  
ruptio, neque emigratio, neque  
clamor in plateis nostris.

i. ne qua sit iactura in re familiari.

Beatum dixerunt populū cui  
hæc sunt, Beatus populus cuius  
DOMINVS Deus eius.

Επιφάνεια  
μα

Constans  
exantithesi

CXLV.

Gratiarū actio insignis & copiosa in  
persona totius Ecclesiæ pro regno Chri-  
sti. Cuius beneficia hic ordine comme-  
morat, in fine adduntur promissiones  
dulcissimæ, quæ pijs semper in conspe-  
ctu esse debent.

HYMNVS DAVIDIS.

EXaltabo te Deus meus, rex, &  
benedicam nomini tuo in se-  
culum, & in seculum seculi.

i.  
Propositio,  
gratias agā  
& beneficia  
tua per  
Christum  
orbi terra-  
rum exhibi-  
ta celebra-  
bo in omnē  
æternitatē.

Per singulos dies benedicam  
tibi, & laudabo nomen tuum in  
seculum, & in seculum seculi.

a i. Narratio & rationes cur celebrā-  
dus Dominus.

Magnus DOMINVS & lau-  
dabilis ualde, & magnitudinis

LIBER

eius non est iuestigatio.

Generatio generationi laudabit opera tua, & potentiam tuam annuntiabunt.

**b** *iii.* Mirabilia & ipsis sanctis angelis etiam stupenda opera regni Christi sunt, quod genus humanum immersum peccato & morti, gratis per filij mortem liberat, quod donat Spiritum sanctum, facit filios & hæredes credentes in filium &c.

**b** Magnificentiam gloriæ laudis tuæ, & uerba mirabilium tuorum narrabo.

Et uirtutem terribilium tuorum dicent, & magnitudinem tuam narrabunt.

**e** *iii.* Hic explicat magnitudinē beneficiorū Christi, & bonitatis Dei, quod gratis propter filium recipimur, remittuntur peccata, iustificamur, donamur Spiritu sancto, iusticia & uita æterna, quod sceleratos non statim punit, sed longanimitate ad pœnitentiam inuitat &c. Hæc beneficia uult agnosci & in Ecclesia ornari, spargi & celebrari.

**e** Memoriam multæ bonitatis tue eructabunt, & in iusticia tua exultabunt.

Mise-

Miserator & misericors D O-  
MINVS, tardus ad iram & mul-  
tum misericors.

Bonus DOMINVS uniuersis, & miserationes eius super om-  
nia opera eius. Matth. ii.  
Venite ad  
me omnes.

d v. Hortatur totam Ecclesiam ange-  
lorum & hominum, ut Deum pro his  
tantis beneficijs celebret.

d Confiteantur tibi DOMINE  
omnia opera tua, & sancti tui be-  
nedicant tibi.

Gloriam regni tui dicent, &  
potentiam tuam loquentur.

Vt notam faciant filijs homi-  
num potentiam tuam, & gloria  
magnificentiae regni tui. Hec poten-  
tia est uox  
Euangelij  
ad salutem

e vi. Quale sit regnum, æternum, uer-  
pe & spirituale, in quo lapsi in peccata deti, Ro. i.  
eriguntur. omni cre-  
de ti, Ro. i.

e Regnum tuum regnum om-  
nium seculorum, & dominatio  
tua in omnem generationem &  
generationem.

f Alleuat DOMINVS omnes, f,  
Sustentat  
scilicet uo-  
ce Euange-  
lij.

fos.

Ff v



vii.  
 Christus  
 rex non tā-  
 tum spiri-  
 tualia sed  
 & corpora  
 lia bona im-  
 pertit.  
 b miseri-  
 cors, ple-  
 nus gratia.

Oculi omnium in te sperant  
 (Domine) & tu das escam illorū  
 in tempore opportuno.

Aperis tu manum tuam & im-  
 ples omne animal benedictione.

Iustus DOMINVS in omni-  
 bus unjs suis, & b sanctus in omni-  
 bus operibus.

viii. Promissiones dulcissimæ, Chri-  
 stum regem adesse suis, exaudire ipso-  
 rum preces, implere eorum uota, excu-  
 bare pro eis, eos seruare &c.

cc Prope est DOMINVS omni-  
 cc bus inuocantibus eum, omnibus  
 cc inuocantibus eum in ueritate.

cc Voluntatem timentium se fa-  
 cc ciet, & deprecationem eorum ex-  
 cc audiet, & saluos faciet eos.

cc Custodit DOMINVS omnes  
 cc diligentes se, & omnes impios di-  
 cc sperdet.

ix.  
 Repetitur  
 gratiarum  
 actio.

Laudationem DOMINI lo-  
 quetur os meum, & benedicat  
 omnis caro nomini sancto eius in  
 seculum, & in seculum seculi.

Gratiarum actio pro regno Christi & eius beneficijs, & doctrina, nō esse in humana præsidia, sed in Deum ipsum fiduciam ponendam.

## HALLELVIA.

**L**Auda anima mea DOMINVM  
Laudabo DOMINVM in ui-  
ta mea, psallam Deo meo quam-  
diu fuero.

**i.**  
Propositio.

NOLite confidere in princi-  
pibus, in filijs hominum in qui-  
bus non est salus.

**ii.**  
Doctrina  
qua repre-  
henditur  
carnalis  
fiducia.

**a** **iii.** Ratio, quia principes ipsi incer-  
ti sunt de sua uita, qua amissa irri-  
ti sūt ipsorum conatus.

**a** Exhibit spiritus eius & reuerte-  
tur in terram suam, in illa die peri-  
bunt cogitationes eius.

BEATUS cuius Deus Iacob ad-  
sutor eius, spes eius in DOMINO  
Deo ipseus.

**iiii.**  
Antithesis  
sed sperate  
in Dominiū  
creatorem  
rerum, qui

Qui fecit cœlum & terrā, ma-  
re & omnia quæ in eis sunt, Qui  
custo-

LIBER

seruat pro-  
missa, libe-  
rat oppres-  
sos &c.

custodit ueritatem in seculum.  
Facit iudicium iniuriam patien-  
tibus, dat escam esurientibus, D O  
M I N V S soluit compeditos.

D O M I N V S illuminat caecos,  
D O M I N V S erigit elisos, D O M I  
N V S diligit iustos.

a subleua-  
bit.

D O M I N V S custodit aduenas,  
pupillum & uiduam, a suscipiet,  
& uias impiorum disperdet.

v.  
Regnum  
Christi aeter-  
num.

Regnabit D O M I N V S in se-  
cula, Deus tuus Sion, in genera-  
tione & generationem, Halleluia.

CXLVII.

Gratiarū actio pro beneficijs spiritus  
libus & corporalibus, quæ ordine com-  
memoratur, & proponuntur: confide-  
randa Ecclesiae & omnibus pijs.

HALLELVIA.

i.  
Propositio.

L Audate D O M I N V M, quoniā  
bonum est psallere Deo no-  
stro, quoniam iucunda decoraq;  
laudatio.

a ii. Narratio beneficiorum spirituali-  
um, colligit & seruat Ecclesiam.

a Aedi-

4 Aedificans Hierusalem D O M I N V S, dispersos Israelis cōgre-  
gabit.

Qui sanat contritos corde, & <sup>III.</sup> Remittit  
alligat *b* contritiones eorum. peccata.  
*b* dolores.

Qui numerat multitudinē stel-  
larum, & omnes suis nominibus  
uocat.

Magnus Dominus noster & <sup>Επιφάνια</sup>  
magna uirtus eius, & sapientiē <sup>III.</sup>  
eius non est numerus.

Subleuans afflictos D O M I-  
NVS, humilians autem impios us-  
que ad terram.

CANTate D O M I N O cum gra- <sup>IIII.</sup>  
tiarum actione, psallite Deo no- Narratio  
stro in cithara. corporaliū  
beneficio-  
rum.

Qui operit cœlum nubibus, &  
parat terræ pluuiam, qui *b* produ- *b* germi-  
cit in montibus fœnum. nare facit  
gramen.

Qui dat iumentis escam ipso-  
rum, & pullis coruorum inuocan-  
tibus eum.

*b* III. Seruat Ecclesiam & politias,  
sed non per humana præsidia, sed sua  
misericordia. Reprehenditur autem fi-  
ducia,

LIBER

ducia carnalis. Si hæc omnia præstat, ergo illi soli fidendum.

**c** Complacitū est ei. **b** Non in fortitudine equi c uo luntatem habebit, nec in tibijs uiri beneplacitum erit ei.

Beneplacitum erit DOMINO super timentes eum, & in eis qui sperant super misericordia eius.

Hortatur iterum Ecclesiam ad gratiarum actionē, & primum pro beneficijs corporalibus.

**i.**  
**Defensio.** LAuda Hierusalem DOMINUM, lauda Deum tuum Sion.

Rationes, Quia defendit, dat magistratus, leges, arma, munitiones, implet urbes multitudine hominum & rerum omnium copia.

**d** Vestes. **i i.**  
Copia hominum & omnium rerum. Quoniam confortauit d seras portarum tuarū, benedixit filijs tuis in te.

Qui posuit finibus tuis pacem, & adipe frumenti satiat te.

**iii.**  
Pax. **Victus.** Qui emittit eloquium suū terræ, uelociter currit sermo eius.

Hæc omnia a iii. Depellit hyemem, terrores, a solo uerbo fictiones, & omnia mala, & restituit æstatem,



statem, lætitiā & bona omnia.

efficit. Psal.

**a** QVI dat niuem sicut lanam,  
nebulam sicut cinerem spargit.

33.  
a dixit &  
facta sunt.  
f frigus.

Mittit f cristallum suum sicut  
buccellas, ante faciē frigoris eius  
quis permanebit?

Emittet uerbū suum & lique-  
faciet ea, flabit spiritus eius & flu-  
ent aquæ.

**b** vi. Hic agit gratias pro bonis sp̄-  
ritualibus & æternis. Pro datis promif-  
sionibus, pro ministerio uerbi & uero  
cultu Dei, &c.

**b** QVI annunciat uerbum su-  
um Iacob, iusticias & iudicia sua  
Israel.

Nō fecit taliter omni nationi,  
et iudicia sua nō manifestauit eis,  
Halleluia.

CXLVIII.

Gratiarum actio. Hortatur autem  
totam uniuersitatem rerum, ut Deum  
conditorem & conseruatorem suum  
celebret, & in primis Ecclesiam, in qua  
cornu, regnum Messiā Deus cōstituit,  
cui regno uniuersitas rerum seruire  
debet.

HALLE.

LIBER  
HALLELVIA.

I.  
Cœlestia.

**L**Audate DOMINVM de cœ-  
lis, laudate eum in excelsis.

Laudate eum omnes angeli  
eius, laudate eum omnes exerci-  
tus eius.

Laudate eum Sol & Luna, lau-  
date eum omnes stellæ lucentes.

Laudate eum cœli cœlorum,  
& aquæ quæ super cœlos sunt.

Laudent nomen DOMINI,  
quia ipse mādauit & creata sunt.

Statuit ea in seculum & in se-  
culum seculi, præceptum posuit,  
& non præteribit.

II.  
Terrestria.  
a Terre-  
stria.  
b Vapor.

**L**Audate DOMINVM de  
a terra, cete & omnes abyssi.

Ignis, grando, nix, b glacies, spi-  
ritus procellarū, quæ faciunt uer-  
bum eius.

Montes & omnes colles, ligna  
fructifera & omnes cedri.

c Reptile.

Bestiæ & uniuersa pecora, c ser-  
pentes & uolucres pennatæ.

III.  
Homines.

**R**Eges terrę & omnes populi,  
princi

principes, & omnes iudices terre.

Iuuenes & uirgines, senes cum  
iunioribus.

III.

Ratio cur  
laudandus

Laudent nomen DOMINI,  
quia exaltatum est nomen eius so-  
lius, d Confessio eius super cœlū  
& terram.

Deus, quia  
constituit  
regnū Mes-  
sæ.

d Laus

Et exaltauit cornu populi sui,  
Hymnus omnibus sanctis eius, fi-  
lijs Israel, populo appropinquan-  
ti sibi, Halleluia.

CXLIX.

Gratiarum actio, & carmen trium-  
phale pro regno & Euāgelio nouo can-  
tico, in honorem Sionij regis canendo.

HALLELVIA.

I.

Cantate DOMINO canticum  
nouū, laus eius in Ecclesia san-  
ctorum.

Propositio,  
agite gra-  
tias Christo  
Deo uestro

Latetur Israel in eo qui fecit eū,  
& filie Sion exultent in rege suo.

qui condi-  
dit, & Regi  
uestro qui  
redemit  
uos.

Laudent nomen eius in cho-  
ro, in tympano & psalterio psal-  
lant ei.

a II. Ratio quia remittit peccata,  
seruat populū suū, cōsolatur afflictos.

LIBER

a honora-  
bit.

Cubilia  
sunt Eccle-  
siæ.

III.

Descriptio  
uictoriarū  
& trium-  
phi Christi,  
& Ecclesiæ  
per uerbū.

Ioan. 16.

Spiritus  
sanctus ar-  
guet mun-  
dum, &c.

Quia beneplacitum est DO-  
MINO in populo suo, & a exal-  
tabit afflictos cum salute.

Exultabunt sancti in gloria,  
lætabuntur in cubilibus suis.

Exultationes Dei in guttore  
eorum, & gladij ancipites in ma-  
nibus eorum.

Ad faciendam uindictā in gen-  
tibus, increpationes in populis.

Ad alligandos reges eorum in  
compedibus, et nobiles eorum in  
manicis ferreis.

Vt faciant in eis iudicium con-  
scriptum, gloria hæc est omnibus  
sanctis eius, Halleluia.

CL.

Eiusdē argumenti cum præcedēti.

HALLELVIA.

**L**Audate Deum in sanctuario  
eius, laudate eū in firmamen-  
to uirtutis eius.

Laudate eum in potētia eius,  
laudate eum secundum multitu-  
dinem magnitudinis eius.

Laudate

Laudate eū in sono tubæ, laudate eum in psalterio & cythara.

Laudate eum in tympano & choro, laudate eum in chordis & organo.

Laudate eum in cymbalis bene sonantibus, laudate eū in cymbalis iubilationis.

Omnis spiritus laudet DOMINVM, Halleluia.

*Explicit Psalterium.*

Gg . ii



# INDEX PSAL- MORVM.

## A

<b>A</b> d te Domine leuauī, Fol.	23
Ad te Domine clama.	26
Afferre Domini filij	27
Audite hæc omnes gentes	52
Attendite popule meus	85
Adhæsit pulueri anima	144
Appropinquet depreca.	152
Ad Dominum cum trib.	152
Ad te leuauī oculos meos	154

## B

Beatus uir qui non	1
Beati quorū remissæ sunt	30
Benedicam Dominum in	32
Beatus qui intelligit	44
Benedixisti Domine terram	96
Bonum est confiteri Domi.	106
Benedic anima mea Domi.	117
Benedic anima mea Domi.	118
Beatus uir qui timet Domi.	135
Beati immaculati in uia	142
Bonitatem fecisti cum seruo	146
Beati omnes qui timent	157
Benedictus Dominus Deus	171

## C

Cum inuocarem exaudiuit me	3
Confitebor tibi in toto	7

Confer-

INDEX.

Conserua me Domine quo.	12
Cœli enarrant gloriam Dei	17
Confitebimur tibi Deus	83
Cantate Domino canticum	110
Cantate Domino canticum nouum	112.
Confitemini Domino & inuocate no- men eius	120
Confitemini Domino quo.	123
Confitemini Domino quo	126
Confitebor tibi Domine	134
Concupiuit salutem anima	142
Clamaui in toto corde meo	150
Cum liberauerit Dominus	155
Confitemini Domino quoniam bonus	162
Confitebor tibi in toto	165
Cantate Domino canticum	177

D

Domine quid multiplicati	2
Domine ne in furore tuo	4
Domine Deus meus in te	5
Domine Dominus noster	6
Dixit insipiens in corde	11
Domine quis habitabit	12
Diligam te Domine	14
Domine in uirtute tua	19
Deus Deus meus quare	20
Dominus pastor meus nihil	21
Domini est terra & plenitudo	22
Dominus illuminatio mea	23

I N D E X.

Domine ne in furore tuo	39
Dixi custodiam uias meas	41
Deus auribus nostris audiui	46
Deus nostra spes	49
Dixit insipiens in corde suo	57
Deus in nomine tuo saluum	58
Deus repulisti nos	64
Deus Deus meus ad te de	66
Deus misereatur nostri	70
Deus in adiutorium meum	76
Deus iudicium tuum regi da	78
Deus uenerunt gentes	90
Deus stetit in synagoga	93
Deus ne taceas	94
Domine Deus salutis meæ	99
Domine refugium factus	104
Dominus regnauit	107
Deus ultionum Dominus	108
Dominus regnauit exultet	111
Dominus regnat, contur.	113
Domine exaudi orationem	115
Deus laudem meam	129
Dixit Dominus Domino	132
Dilexi quoniam audiuit	139
De profundis clamaui ad te	158
Domine non est exaltatum	159
Domine probasti me &	165
Domine clamaui ad te	168
Domine exaudi orationem	169

E

Exaudi Domine iusticiam	13
-------------------------	----

Exaudiat

INDEX.

Exaudiat te Dominus in	18
Exultabo te Domine	28
Exultate iusti in Domino	31
Expectans expectavi Dom.	42
Ex intimo cordis mei	36
Eruit cor	48
Exaudi Deus deprecationem	65
Exaudi Deus orationem	58
Eripe me de inimicis meis	63
Exaudi Deus orationem	67
Exurgat Deus & dissipentur	70
Exultate Deo adiutori nostro	91
Ecce quam bonum & quam	161
Ecce nunc benedicite	161
Eripe me Domine ab	167
Exaltabo te Deus meus	172

F

Fundamenta eius in mon.	98
Feci iudicium & iusticiam	149
Fortis Deus Dominus locu.	53

I

In Domino confido	9
Iudica me Domine	24
In te Domine speravi	28
Iudica Domine cum contem.	34
Iudica me Deus & age	45
Iubilate Deo omnis terra	69
In te Domine speravi	76
Inclina Domine aurem tuam	97
Iubilate Deo omnis terra	114

I N D E X.

In exitu Israel de Aegypto	137
In quo mundam faciet	143
In aeternum Domine	147
Iniquos odio habui	148
Iustus es Domine	150

L

Laudate serui Dominum	136
Laudate Dominum omnes	140
Legem pone mihi Domi.	174
Lucerna pedibus meis	148
Leuauit oculos meos	153
Lætatus sum in his	153
Laudate nomen Domini	161
Lauda anima mea Domi.	174
Laudate Dominum quo.	175
Lauda Ierusalem Domi.	175
Laudate Dominum de cœlis	176
Laudate Dominum in sancto.	177

M

Magnus Dominus & lauda.	50
Miserere mei Deus secun.	54
Miserere mei Deus quoniam	60
Miserere mei Deus miserere	61
Misericordias Domini in	100
Misericordiam & iudicium	114
Memor esto uerbi tui	145
Manus tuæ fecerunt me	146
Mirabilia testimonia tua	149
Memento Domine Dauid.	159

N

Noli æmulari in malignantib.	36
Nunquid	



# INDEX.

Nunquid plane muti	62
Nonne Deo fileat anima	65
Notus in Iudæa Deus	83
Non nobis Domine	137
Nisi Dominus ipse fuisset	154
Nisi Dominus ædificauerit	156
O	
Omnes populi plaudite	30
P	
Paratum cor meum	128
Portio mea Domine	145
Principes persecuti sunt	153
Q	
Quare fremuerunt gentes	8
Quemadmodum desiderat	44
Quid gloriaris in malitia	66
Quam bonus Israel Deus	79
Qui regis Israel intende	91
Quam dilecta tabernacula	95
Qui habitat in abdito	105
Quomodo dilexi legem	148
Qui confidunt in Domino	155
R	
Retribue seruo tuo	142
S	
Saluum me fac Domine	10
Saluum me fac Deus	73
Sæpe oppugnauerunt	137
Super flumina Babylonis	164
T	
Te decet hymnus Deus	68

INDEX.

V

Verba mea auribus percipe	3
Vt quid Domine recessisti	8
Vsquequo Domine obliuifce.	10
Vt quid Deus repulisti?	81
Voce mea ad Dominum	84
Venite exultemus Domino	109
Vide humilitatem meam	150
Voce mea ad Dominum	169

INDEX QVI SIT VSVS  
PSALMORVM.

A

Accusatio humanæ naturæ, quod fit ignara Dei, &c. Psal.	53
--	----

C

Consolatio eorum qui sunt in Coniu- gio, Psal.	128
Consolatio Ecclesiæ & piorum contra impios Doctores & hostes Dei, Psal. 75. 82. 121.	
Consolatio Ecclesiæ & piorū, Ps. 11. 52.	
Consolatio cum impijs florentibus ma- le est pijs, Psal.	37. 39. 49
Consolatio quomodo corda pauidā ex sensu iræ Dei sese erigere debe- ant, Psal.	77
Confidentes Domino seruari, Psal.	91
Cultus uerus qui fit, Psal.	50
Doctri-	

INDEX.

D

- Doctrina de peccato, omnes esse peccatores, Psal. 14
- Doctrina quæ opera placeant Deo, Psal. 15
- Doctrina de Remissione peccatorum, & de Iustificatione, Psal. 32. 130
- Doctrina non indignandum cum florent impij, pij autem affliguntur, Psal. 27. 39. 73
- Doctrina cum Sycophantæ nos premunt calumnijs, ut simus patientes, & confugiamus ad Deum, Psal. 62
- Doctrina quæ sit causa mortis, & calamitatum humanarum, nempe peccatum, Psal. 90
- Doctrina de statu politico, & æconomico, Psal. 101
- Doctrina de bonis operibus, & pietatē prodesse, & habere promissionem presentis ac æternæ uitæ 112
- Doctrina, politias & æconomias non posse gubernari, regi, defendi, nisi benedicente Domino 27
- Doctrina, in solo uerbo & misericordia Dei acquiescendum, Psal. 131

E

- Encomium Ecclesiæ & uerbi Dei, Psal. 74. 119.

Hh ij

I N D E X.

- Epithalamium 128  
 Exhortatio, solum illum Deum colendum qui populum ex Aegypto eduxit. Psal. 81  
 Exhortatio ad studium & cognitionem uerbi Dei. Psal. 119  
 Exhortatio ad seruandam concordiam in Ecclesia, politica & Oeconomia. 133  
 Exhortatio ad ministros uerbi ut seduli suum officium faciant, & ad ceteros ut Ministerium uerbi iuent & ornent, Psal. 134. 135  
 Exhortatio totius creationis rerum ad gratiarum actionem, Psal. 148

G

- Gratiarum actio pro liberatione Ecclesiae & piorum, Psal. 8. 18. 23. 30. 33. 34. 46. 66. 92. 124. 125. 129.  
 Gratiarum actio pro deletis hostibus, Psal. 9  
 Gratiarum actio pro regno Messiae, Euangelio & Ecclesia, Psal. 47. 48. 98. 99. 100. 108. 118. 138. 145. 146. 149. 150.  
 Gratiarum actio pro regno ab hostibus conseruato, & concessa uictoria. Psal. 60. 144.  
 Gratiarum actio pro donato uerbo, concessa pace, & prouentu frugum, Psal. 65. 115. 122.  
 Gratiarum actio pro uerbo donato, & Eccle.

## INDEX.

- Ecclesia seruata, Pſal. 76
- Gratiarum actio pro beneficijs corporalibus & ſpiritualibus, Pſal. 103. 107. 111. 147.
- Gratiarum actio pro tota creatura rerum, Pſal. 104. 136. 139
- Gratiarum actio pro beneficijs populo Iſrael exhibitis, Pſal. 105. 114. 136
- Gratiarum actio pro liberatione ex Aegypto, & pro regno Chriſti. Pſal. 114. 136
- Gratiarum actio quod ſit exauditus & liberatus. 116

### N

- Narratio beneficiorum Dei erga populum, inde ab initio uſque ad Dauidem, Pſal. 78

### P

- Prophetia de liberatione ex peccato, morte, &c. & inuulgatione Euangelij. 116
- Prophetia de Eccleſia noui Teſtamenti, & eius propagatione. 96
- Prophetia de Meſſia & eius regno, Pſ. 72. 89. 95. 96. 97. 110. 117.
- Prophetia de æterna gloria Eccleſiæ, Pſal. 8
- Prophetia de paſſione & reſurrectione Chriſti, Pſal. 16. 22. 40. 118
- Prophetia de regno Chriſti propagando, Pſal. 2. 19. 24. 29. 45. 93. 113



## INDEX.

- Precatio & consolatio in aduersitati-  
 bus, Psal. 3  
 Precatio pro Ecclesia ut defendatur  
 contra falsos doctores & tyrannos,  
 Psal. 5. 17. 36. 94.  
 Precatio pro remissione peccatorum,  
 Psalm. 6. 25. 31. 38. 42. 43. 51. 88. 130.  
 143.  
 Precatio contra hostes Ecclesie & pio-  
 rum, Psalm. 7. 10. 26. 27. 28. 35. 44. 54.  
 55. 142  
 Precatio contra hostes deuastantes Ec-  
 clesias & Scholas, Psal. 74. 79. 80. 83.  
 123. 137. 140  
 Precatio ut repressis impostoribus do-  
 ctrinae puritas restitatur, Psal. 12. 141  
 Precatio pro liberatione, Psal. 13. 31. 41.  
 56. 57. 58. 59. 70. 86.  
 Precatio pro Magistratu & statu poli-  
 tico, Psal. 20. 21. 61  
 Precatio contra calumnias hostiu: Ec-  
 clesie, Psal. 64  
 Precatio ut mittatur promissus Mes-  
 sias, & Euangelium spargatur per  
 totum orbem, Psal. 67. 102.  
 Precatio Christi in cruce, Psal. 69  
 Precatio Ecclesie senescentis, ne pro-  
 pter languores abijciatur, Psalm. 71.  
 Precatio ut restitatur uera doctrina,  
 ueri cultus Dei, pij Doctores, boni  
 principes, pax, fertilitas soli, &c. 85  
 Precat-

## INDEX.

- Precatio Christi contra Iudam proditorem, & totam Synagogam, ac hostes Ecclesie omnium temporum.
- Precatio contra impios doctores, corruptores ueræ doctrinæ, & hostes piorum doctorum. 120
- Precatio tum pro ueteris populi, tum pro nouo & æterno Christi regno & sacerdotio, & pro regnis quæ præbent Ecclesijs hospitia, Psal. 123

### Q

- Querela de corruptelis doctrinæ, ps. 63  
12
- Querela quod absit ab Ecclesia, Psal.
- Querela de afflictionibus propter confessionem doctrinæ, Psal. 116

### T

- Triumphale carmè de Christo, & eius resurrectione, ascensione & toto regno, Psal. 68. 18
- Triumphale carmen & gratiarum actio pro regno Christi, Psal. 149

### V

- Verbum Dei assiduo docendum, discendum, legendum, Psal. 119

FINIS.

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

# Pfalmi,

SEV CANTICA  
EX SACRIS LITERIS, IN  
Ecclesia cantari solita, cū Hymnis & Col-  
lectis, seu orationibus Ecclesiasticis,  
in usum Pastorum, Diacono-  
rum, & iuventutis  
scholasticæ.

RECOGNITI ET AVCTI

*Per*

D. Georgium Maïorem,

*Coloss. 3.*

**D**oceate & commonete uos inuicem can-  
tionibus & laudibus, & cantilenis spi-  
ritualibus, cum gratia canentes in cor-  
de uestro Domino.

PLATE

SEU CANTICA

EX SACRIS LITURGIIS

SEU SACRIS LITURGIIS

SEU SACRIS LITURGIIS

SEU SACRIS LITURGIIS

SEU SACRIS LITURGIIS

SEU SACRIS LITURGIIS

RECOGNITI ET AVEFI

PER

L. GREGORIUM VALLINUM

SEU SACRIS LITURGIIS  
SEU SACRIS LITURGIIS  
SEU SACRIS LITURGIIS  
SEU SACRIS LITURGIIS  
SEU SACRIS LITURGIIS



2

# CANTICVM

MOSE EXODI XV.

TUNC CECINIT MOSES ET  
filij Israel carmen hoc Domino, & di-  
xerunt:



ANTEMVS DOMI  
no, gloriose enim mag-  
nificatus est, equũ & as-  
censorẽ deiecit in mare.

Fortitudo mea & laus mea Do-  
minus, & factus est mihi in salutem.

Iste Deus meus & glorificabo eũ,  
Deus patris mei & exaltabo eum.

Dominus quasi uir pugnator, o-  
mnipotens nomen eius, currus Pha-  
raonis, & exercitum eius, proiecit in  
mare.

Electi principes eius submersi sũt  
in mari rubro, abyssi operuerũt eos,  
descenderũt in profundũ quasi lapis.

Dextera tua Domine magnifica-  
ta est in fortitudine, dextera tua Do-  
mine percussit inimicum, & in mul-  
titudine gloriae tuae deposuisti aduer-  
sarios tuos.

## CANTICA.

Miſiſti iram tuā, quæ deuorauit  
eos ſicut ſtipulam, & in ſpiritu furo-  
ris tui congregatæ ſunt aquæ.

Stetit unda fluens, cōgregatę ſunt  
abyſſi in medio mari.

Dixit inimicus, perſequar & com-  
prehendam, diuidam ſpolia, implebi-  
tur anima mea.

Euaginabo gladium meum, in-  
terficiet eos manus mea.

Flauit ſpiritus tuus & operuit eos  
mare, ſubmerſi ſunt, quaſi plumbū  
in aquis uehementibus.

Quis ſimilis tui in fortibus Do-  
minę? quis ſimilis tui magnificus in  
ſanctitate? terribilis atque laudabi-  
lis faciens mirabilia.

Extendiſti manum tuam, & de-  
uorauit eos terra.

Dux fuiſti in miſericordia tua, po-  
pulo quem redemiſti.

Et portavi eū in fortitudine tua,  
ad habitaculum ſanctum tuum.

Ascenderunt populi & irati ſunt,  
dolores obtinuerūt habitatores Phi-  
liſtini.

Tunc

## CANTICA. 3

Tunc cōturbati sunt principes E-  
dō, robustos Moab obtinuit tremor,  
obriguerūt omnes habitatores Cha-  
naan.

Irruat super eos formido et pauor  
in magnitudine brachij tui.

Fiāt immobiles quasi lapis, donec  
pertranseat populus tuus Domine,  
Donec pertranseat populus iste quē  
possedisti.

Introduces eos & plantabis in mō-  
te hæreditatis tuæ firmissimo habita-  
culo tuo, quo operatus es Domine.

Sanctuarium tuū Domine, quod  
firmauerunt manus tuæ.

Dominus regnabit in æternum et  
ultra. Ingressus est enim eques Pha-  
rao cum curribus & equitibus eius  
in mare, & reduxit super eos Domi-  
nus aquas maris.

Filij autem Iſrael ambulauerunt  
per hæcum in medio eius.

CANTICA.

CANTICVM MOSE. DEVT. 31.

Locutus est Moses audiente uniuerso  
cœtu Israel, uerba carminis huius, &  
ad finem usque compleuit.

**A**udite cœli quę loquor, audiat  
terra uerba oris mei.

Cōcreseat ut pluuia doctrina mea,  
fluat ut ros eloquium meum.

Quasi imber super herbā, & qua  
si stillæ super gramina.

Quia nomen Domini inuocabo,  
Date magnificentiam DEO nostro.

Dei perfectā sunt opera, et omnes  
uix eius iudicia.

Deus fidelis & absque ulla iniqui  
tate, iustus & rectus.

Peccauerunt ei, nō filij eius in sordi  
bus, Generatio praua atq; peruersa.

Hæcine reddis Domino popule  
stulte & insipiens? Nunquid non ip  
se est pater tuus, qui possedit te, & fe  
cit & creauit te?

Memento dierum antiquorū, Co  
gita Generationes singulas, Interro  
ga patrem tuum, & annuntiabit tibi  
maiores tuos & dicent tibi.

Quan-

Quando diuidebat altissimus gē-  
tes quando separabat filios Adam,  
Constituit, terminos populorū, iux-  
ta numerum filiorum Israel.

Pars autē Domini populus eius,  
Iacob funiculus hæreditatis eius.

Inuenit eum in terra deserta, in lo-  
co horroris & uastæ solitudinis.

Circumdixit eum & docuit, & cu-  
stodiuit quasi pupillam oculi sui.

Sicut aquila prouocans ad uolan-  
dū pullos suos, & super eos uolitās.  
Expandit alas suas & assumpsit eū,  
atq; portauit in humeris suis.

Dominus solus dux eius fuit, &  
non erat cum eo Deus alienus.

Constituit eū super excelsam ter-  
ram, ut comederet fructus agrorum,  
& sugeret mel de petra, oleumque  
de saxo durissimo.

Butyrum de armento, & lac de o-  
uibus, cum adipe agnorum & arietū  
filiorum Basan. Et hircos cum medul-  
la tritici, & sanguinem uuæ hiberet  
meracissimum.



CANTICA.

Incrassatus est dilectus et recalcitra-  
uit incrassatus, inpinguatus, dilata-  
tus, Dereliquit Deum factorem suū,  
& recessit à Deo salutari suo.

Prouocauerunt eum in Dijs alie-  
nis & in abominationibus ad iracū-  
diam concitauerunt.

Immolauerunt dæmonijs & non  
Deo, Dijs quos ignorabant. Noui re-  
centesque uenerunt, quos non colue-  
runt patres eorum.

Deū qui te genuit dereliquisti, et  
oblitus es Domini creatoris tui.

Vidit Dominus et ad iracundiam  
concitatus est, quia prouocauerunt  
eum filij sui & filia.

Et ait, abscondā faciē meā ab eis, et  
cōsiderabo nouissima eorū. Genera-  
tio enim peruersa est, et infideles filij.

Ipsi me prouocauerunt in eo, qui  
non erat Deus, & irritauerunt in ua-  
nitatibus suis, Et ego prouocabo eos  
in eo qui non est populus, & in gēte  
stulta irritabo illos.

Ignis succensus est in furore meo, et  
ardebit

CANTICA. 5

ardebit usque ad inferni nouissima,  
Deuorabitq; terrā cū germine suo,  
montium fundamenta comburet.

Congregabo super eos mala, et sa-  
gittas meas complebo in eis.

Consumētur fame, et deuorabunt  
eos aues morsu amarissimo. Dentes  
bestiarū immittā in eos cū furore tra-  
hentiū super terrā atque serpentium.

Foris uastabit eos gladius & intus  
pauor, iuuenem simul ac uirginem la-  
stantem cum homine sene.

Et dixi, Vbi nā sunt? Cessare faciam  
ex hominibus memoriam eorum.

Sed propter irā inimicorū distuli,  
ne forte superbirent hostes eorum &  
dicerent, Manus nostra excelsa, & nō  
Dominus fecit hęc omnia.

Gens absq; consilio est et sine pru-  
dentia, uetnam saperent & intellige-  
rent, ac nouissima prouiderent.

Quomodo persequebatur unus  
mille, & duo fugārent decem millia.  
Nōne ideo, quia Deus suus uendidit  
eos, & Dominus conclusit illos? Nō

## CANTICA.

enim est Deus noster, ut dii eorum,  
& inimici nostri sunt iudices.

De uinea Sodomorum uinea eorū,  
& de suburbanis Gomorra. Vua eo  
rū uua fellis, & Botrus amarissimus.

Fel Draconū uinum eorum, uene  
num Aspidum insanabile.

Nonne hæc cōdita sunt apud me,  
& signata in thesauris meis.

Mea est ultio, & ego retribuam  
eis in tempore, ut labatur pes eorū,  
iuxta est dies perditionis, et adesse fe  
stinant tempora.

Iudicabit Dominus populū suū,  
& in seruis suis miserebitur. Videbit  
quod infirmata sit manus, & clausi  
quoq; defecerūt, residuiq; cōsumpti  
sunt.

Et dicet ubi sunt dii eorum, in qui  
bus habebant fiduciam.

De quorum uictimis comedebant  
adipes, & bibebant uinum libami  
num, Surgant & opitulentur uobis,  
& in necessitate uos protegant.

Videte quod ego sim solus, & nō  
sit

## CANTICA. 6

fit alius Deus præter me, Ego occidam & ego uiuere faciam, percutiã, & ego sanabo, & non est qui de manu mea possit eruere.

Leuabo ad cœlum manum meã, & dicam uiuo ego in æternum.

Si acuero ut fulgur gladium meũ, & arripuerit iudicium manus mea.

Reddam ultionem hostibus meis, & his qui oderunt me retribuam.

Inebriabo sagittas meas sanguine, et gladius meus deuorabit carnes De cruore occisorum, & de captiuitate nudati inimicorum capitis.

Laudate gentes populũ eius, quia sanguinem seruatorũ suorũ ulciscetur.

Et uindictam retribuet in hostes eorum, & propicius erit terræ populi sui.

## CANTICVM HANNAE 1. REG. 2.

Et orauit Hanna & ait:

**E**xultauit cor meum in Domino, et exaltatum est cornu meum in Domino. Dflatum est os meum super inimicos meos, quia lætata sum in salutari tuo. Non

CANTICA.

Non est sanctus ut est Dominus,  
neq; enim est alius extra te, & non est  
fortis sicut Deus noster.

Nolite multiplicare loqui sublimia  
gloriātes. Recedant uetera de ore ue  
stro, quia Deus scientiarum Domi  
nus est, & ipsi præparātur cogitatio  
nes.

Arcus fortium superatus est, & in  
firmi accincti sunt in robore.

Saturati prius, pro panibus se lo  
cauerunt, & famelici saturati sunt.

Donec sterilis peperit plurimos,  
& quæ multos habebat filios infir  
mata est.

Dominus mortificat & uiuificat,  
deducit ad inferos & reducit.

Dominus pauperem facit & ditat,  
humiliat & subleuat.

Suscitat de puluere egenum, & de  
stercore erigit pauperem.

Vt sedeat cum principibus, & soliu  
gloriæ teneat. Domini enim sunt car  
dines terræ, et posuit super eos orbē.

Pedes sanctorū tuorū seruabit, &  
impij



impj in tenebris conticescēt, quia nō  
in fortitudine sua roborabitur uir.

Dominum formidabūt aduersarij  
eius, & super ipsos in cœlis tonabit.  
Dominus iudicabit fines terræ & da-  
bit imperium Regi suo, et sublimabit  
cornu CHRISTI sui.

CANTICVM ESAIAE, ESAIAE. 12.  
Et dices in die illa.

CONFITEBOR tibi Domine quoniā  
iratus es mihi, conuersus est furor  
tuus, et consolatus es me.

Ecce Deus saluator meus, fiducia  
liter agam & non timebo. Quia for-  
titudo mea et laus mea Dominus De-  
us, & factus est mihi in salutem.

Haurietis aquas in gaudio de fon-  
tibus saluatoris, & dicetis in illa die,  
Cōfitemini Domino & inuocate no-  
men eius. Notas facite in populis ad  
inventiones eius, mementote quoniā  
excelsum est nomen eius.

Cantate Domino quoniam mag-  
nifice fecit, annunciate hoc in uniuersa  
terra.

Exul

CANTICA.

Exulta et lauda habitatio Sion, quia magnus in medio tui sanctus Israel.

CANTICVM EZECHIAE. ESA. 38.

Scriptura Ezechiae Regis Iuda, postquam ægrotasset & conualuisset de infirmitate sua.

**E**GO dixi in dimidio dierum meorum uadā, ad portas inferni. Quasi uir residuum annorum meorum.

Dixi non uidebo Dominum Deū in terra uiuentium. Non aspiciam hominē ultra, & habitatorem quietis.

Generatio mea ablata est, & conuoluta est à me, quasi tabernacula pastorū. Præcisa est uelut à texente uita mea, dū adhuc ordiret, succidit me, de mane usq; ad uesperam finies me.

Sperabā usq; ad mane, quasi Leo sic contriuit omnia ossa mea. De mane usq; ad Uesperam finies me.

Sicut pullus Hirundinis, sic clamabo, meditabor ut columba. Attenuati sunt oculi mei, suspicientes in excelsum, Domine uim patior, sponde pro me.

Quid

Quid dicam, aut quid responde-  
bit mihi, cum ipse fecerit: Recogita-  
bo tibi omnes annos meos, in ama-  
ritudine animæ meæ.

Domine si sic uiuitur, & in talibus  
uita spiritus mei, corripies me, & ui-  
uificabis me, ecce in pace amaritudo  
mea amarissima. Tu autē eruisti ani-  
mā meā ut nō periret, proiecisti post  
tergum tuum omnia peccata mea.

Quia non infernus confitebitur  
tibi, neq; mors laudabit te non expe-  
ctabunt qui descendunt in lacum, ue-  
ritatem tuam.

Viuens uiuens ipse confitebitur  
tibi, sicut & ego hodie, Pater filijs no-  
tam faciet ueritatem tuam.

Domine saluum me fac, & psal-  
mos nostros cantabimus cūctis die-  
bus uitæ nostræ in domo Domini.

CANTICVM ABACVK. ABA-  
cuk. 3. Oratio Abacuk Prophetæ pro  
ignorantijs.

**D**OMINE audiui auditionē tuā,  
& timui. Domine opus tuum,  
in

## CANTICA.

in medio annorū uiuifica illud. In medio annorum notū facies, cum iratus fueris misericordiā recordaberis.

Deus ab austro ueniet, & sanctus de monte Pharā, Operuit coelos gloria eius, et laudis eius plena est terra.

Splendor eius ut lux erit, cornua in manibus eius. Ibi abscondita est fortitudo eius.

Ante faciem eius ibit mors, Et egredietur Diabolus ante pedes eius.

Stetit & mensus est terrā, Aspexit & dissoluit gētes, & contriti sunt mōtes seculi. Incuruati sunt colles mundi, ab itineribus æternitatis eius.

Pro iniquitate uidi tētoria Aethiopia, turbabūtur pelles terre Madiā.

Nunquid in fluminibus iratus es Domine, aut in fluminibus furor tuus? Quia ascendisti super Equos tuos, & quadrigæ tuæ saluatio.

Suscitans suscitabis arcū tuum, iuramenta tribubus quæ locutus es.

Fluuios scindes terræ, uiderunt te & doluerunt mōtes, gurges aquarū transiit,  
Dedit,

Dedit abyſſus uocem ſuam, altitu  
do manus ſuas leuauit.

Sol & luna ſteterunt in habitacu  
lo ſuo, in luce ſagittarum tuarū ibūt,  
in ſplendore ſulgurantis haſtæ tuæ.

In fremitu concuſcabis terram, &  
in furore obſtupefacies gentes.

Egreſſus es in ſalutem populi tui,  
in ſalutem cum Chriſto tuo.

Percuſiſti caput de domo impij, de  
nudaſti fundamēta eius uſq; ad collū.

Maledixiſti ſceptris eius, capiti bel  
latorum eius, uenientibus ut turbo  
ad diſpergendum me.

Exultatio eorum, ſicut eius qui de  
uorat pauperem in abſcondito.

Viam feciſti in Mari Equis tuis,  
in luto aquarum multarum.

Audiui & conturbatus eſt uenter  
meus, à uoce cōtremuerūt labia mea.

Ingreſſa eſt putredo oſſibus meis,  
expaui, quod deberem expectare diē  
tribulationis, et ascendere ad popu  
lum, qui contra nos bellaturus eſt.

Ficus enim non florebit, & non



## CANTICA.

erit germē in uineis. Mentietur opus  
Oliuæ, & arua non afferent cibum.  
Ascindetur de ouili pecus, & nō erit  
armentum in præsepibus.

Ego autem in Domino gaudebo,  
& exultabo in Deo IESV meo.

DEVS Dominus fortitudo mea,  
et ponet pedes meos quasi Ceruorū.

Et super excelsa mea deducet me  
uictor, in psalmis canentem.

## ALIA CANTI=

*ca ex nouo Testamento.*

CANTICVM MARIAE VIRGI-  
nis, Lucæ primo. Et ait MARIA.

**M**agnificat anima mea Dominū.  
Et exultauit spiritus meus, in  
Deo salutari meo.

Quia respexit humilitatem ancil-  
læ suæ, ecce enim ex hoc beatam me  
dicent omnes generationes.

Quia fecit mihi magna qui potens  
est, & sanctum nomen eius.

Et

CANTICA. 10

Et misericordia eius a progenie in  
progenies, timentibus eum.

Fecit potentiam in brachio suo, di-  
spersit superbos mente cordis sui.

Deposuit potentes de sede, & exal-  
tauit humiles.

Esurientes impleuit bonis, & diu-  
tes dimisit inanes.

Suscepit Israel puerum suum, re-  
cordatus misericordiae suae.

Sicut locutus est ad patres nostros,  
Abraham & semini eius in secula.

Gloria Patri & Filio, & Spiritus  
sancto.

Sicut erat in principio & nunc &  
semper, et in secula seculorum, Amen.

CANTICVM ZACHARIAE, Luc. 1.

Et Zacharias pater Iohannis repletus  
est Spiritu sancto, & prophetauit dicens:

**B**enedictus Dominus Deus Israel,  
quia uisitauit & fecit redemptio-  
nem plebis suae.

Et erexit cornu salutis nobis in do-  
mo Dauid pueri sui.

Sicut locutus est per os sanctorum

CANTICA.

qui à seculo sunt Prophetarum eius.  
Salutem ex inimicis nostris, & de  
manu omnium qui oderunt nos.

Ad faciendam misericordiam cū  
patribus nostris, & memorari testa-  
menti sui sancti.

Iurandū quod iurauit ad Abra-  
ham patrem nostrū daturū se nobis.

Vt sine timore de manu inimico-  
rum nostrorū liberati seruiamus illi.

In sanctitate & iusticia coram ip-  
so omnibus diebus nostris.

Et tu puer Propheta altissimi uo-  
caberis, præbis enim ante faciē Do-  
mini parare uias eius.

Ad dandam scientiā salutis plebi  
eius in remissionē peccatorum eorū.

Per uiscera misericordię Dei no-  
stri, in quibus uisitauit nos oriens ex  
alto.

Illuminare, his qui in tenebris &  
in umbra mortis sedent, ad dirigen-  
dos pedes nostros in uiam pacis.

Gloria Patri & Filio, & Spiritui  
sancto.

Sicut

Sicut erat in principio & nunc &  
semper, & in secula seculorum, Amē.

CANTICVM SIMEONIS, Luc. 2.  
Simeon accepit puerum Iesum in ulnas  
suas, & benedixit Deum,  
& dixit:

**N**unc dimittis seruum tuum Domi  
ne, secundum uerbū tuū in pace.  
Quia uiderunt Oculi mei saluta  
re tuum.

Quod parasti ante faciem omni  
um populorum.

Lumen ad reuelationem gentiū,  
& gloriam plebis tuæ Israel.

Gloria Patri & Filio, & Spiritui  
sancto.

Sicut erat in principio & nunc &  
semper, & in secula seculorum, Amē.

CANTICVM SANCTORVM  
Ambrosij & Augustini.

**T**E Deum laudamus, te Dominū  
confitemur.

Te æternum Patrem, omnis terra  
ueneratur.

Tibi omnes Angeli, tibi coeli et uni  
uersæ potestates. Kk ij

CANTICA.

Tibi Cherubin & Seraphim, in ces-  
sabili uoce proclamant.

Sanctus, Sanctus, Sanctus Domi-  
nus Deus sebaoth.

Pleni sunt cœli & terra, maiesta-  
tis gloriæ tuæ.

Te gloriosus Apostolorū chorus.  
Te Prophetarum laudabilis nume-  
rus.

Te martyrum candidatus laudat  
exercitus.

Te per orbem terrarum sancta cō-  
fiterur Ecclesia.

Patrem immensæ maiestatis.

Venerandum tuum uerum et uni-  
cum filium.

Sanctū quoq; paraclētū spiritum.

Tu rex gloriæ Christe.

Tu patris sempiternus es filius.

Tu ad liberandū suscepturus ho-  
minē, non horruisti uirginis uterum.

Tu deuicto mortis aculeo, aperui-  
sti credentibus regna cœlorum.

Tu ad dexteram Dei sedes, in glo-  
ria Patris.

Iudex crederis esse uenturus.



Te ergo quæsumus famulis tuis  
subueni, quos precioso sanguine redemisti.

Aeterna fac cum sanctis tuis gloria munerari.

Saluum fac populum tuum Domine, & benedic hereditati tuæ.

Et rege eos, & extolle illos usque in æternum.

Per singulos dies benedicimus te.  
Erlaudamus nomen tuum in seculum, & in seculum seculi.

Dignare DOMINE die isto, sine peccato nos custodire.

Miserere nostri Domine, miserere nostri.

Fiat misericordia tua Domine super nos, quemadmodum sperauimus in te.

In te DOMINE speraui, non confundar in æternum.

SYMBOLVM ATHANASII

Episcopi.

Quicumque uult saluus esse, ante omnia opus est ut teneat Catholicam fidem.

Quam nisi quisque integram, inuio-

CANTICA.

tamque seruauerit, absque dubio in  
æternum peribit.

Fides autem Catholica hæc est, ut  
unum Deum in Trinitate, & trinitate  
rem in unitate ueneremur.

Neque confundentes personas,  
neque substantiam separantes.

Alia est enim persona Patris, alia  
Filij, alia Spiritus sancti.

Sed Patris & Filij & Spiritus san-  
cti, una est diuinitas, æqualis gloria,  
coæterna maiestas.

Qualis Pater, talis Filius, talis Spi-  
ritus sanctus.

Increatus Pater, increatus Filius,  
increatus Spiritus sanctus.

Immensus Pater, immensus Filius,  
imensus Spiritus sanctus.

Æternus Pater, æternus Filius,  
æternus Spiritus sanctus.

Et tamen nõ tres æterni, sed unus  
æternus.

Sicut non tres increati, nec tres im-  
mensi, sed unus increatus & unus im-  
mensus.

Simi-

Similliter omnipotens Pater, omnipotens Filius, omnipotes Spiritus sanctus.

Et tamen non tres omnipotentes, sed unus omnipotens.

Ita Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus sanctus.

Et tamen non tres Dij, sed unus est Deus.

Ita Dominus Pater, Dominus filius, Dominus Spiritus sanctus.

Et tamen non tres Domini, sed unus est Dominus.

Quia sicut singulatim unamquaque personam Deum aut Dominum confiteri, Christiana ueritate cōpellimur.

Ita tres Deos aut Dominos dicere, Catholica religione prohibemur.

Pater à nullo est factus, nec creatus nec genitus.

Filius à Patre solo est, non factus, nec creatus, sed genitus.

Spiritus sanctus à Patre & Filio, non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens.

Vnus

## CANTICA.

Vnus ergo Pater non tres Patres,  
unus Filius nō tres Filij, unus Spiritus  
sanctus, nō tres Spiritus sancti.

Et in hac trinitate nihil prius aut  
posterius, nihil maius aut minus.

Sed totæ tres personæ, coæternæ  
sibi sunt & coæquales.

Ita ut per omnia, sicut iam supra  
dictū est, & trinitas in unitate, & uni-  
tas in trinitate ueneranda sit.

Qui uult ergo saluus esse, ita de tri-  
nitate sentiat.

SED necessarium est ad æternam  
salutem, ut incarnationem quoque  
Domini nostri Iesu Christi fideliter  
credat.

Est ergo fides recta, ut credamus  
cōfiteamur, quod Dominus noster  
Iesus Christus Dei filius Deus & ho-  
mo est.

Deus est ex substantia patris, an-  
te secula genitus, & homo ex substā-  
tia matris in seculo natus.

Perfectus Deus, perfectus homo,  
ex anima rationali & humana carne  
subsistens.

Aequa

Aequalis Patri secundū diuinitatē,  
 tē, minor patre secundū humanitatē.

Qui licet Deus sit & homo, non  
 duo tamen sed unus est Christus.

Vnus autem non conuersione diuinitatis in carnem, sed assumptione humanitatis in Deum.

Vnus omnino nō confusione substantiæ, sed unitate personæ.

Nam sicut anima rationalis & caro unus est homo, ita Deus & homo unus est Christus.

Qui passus est pro salute nostra, descendit ad inferos, tertia die resurrexit à mortuis.

Ascendit ad cœlos, sedet ad dexteram Dei patris omnipotentis.

Inde uenturus est iudicare uiuos & mortuos.

Ad cuius aduentū omnes homines resurgere habēt cū corporibus suis.

Et reddaturi sunt, de factis proprijs rationem.

Et qui bona egerūt ibūt in uitā æternā, qui uero mala in ignē æternū.

Hæc



CANTICA.

Hæc est Fides Catholica, quam nisi quisque fideliter firmiterque crediderit, saluus esse non poterit.

SYMBOLVM NICENVM.

**C**redo in unū Deum patrē Omnipotentē, factorē cœli & terræ, uisibilem omnium & inuisibilem.

Et in unum Dominū Iesum Christum Filium Dei unigenitum, & ex patre natum ante omnia secula.

Deum de Deo, Lumen de Lumine, Deum uerum de Deo uero, genitum non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt.

Qui propter nos homines & propter nostrā salutē, descendit de cœlis.

Et incarnatus est de Spiritu sancto, ex Maria uirgine, & homo factus est.

Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus & sepultus est.

Et resurrexit tertia die secundum scripturas, & ascendit in cœlum, sedet ad dexteram Patris.

Et iterū uenturus est cū gloria iudicare uiuos et mortuos, cuius regni non erit finis.

Et

Et in spiritum sanctum Dominum  
& uiificantem, qui cum Patre & Fi-  
lio simul adoratur & conglorifica-  
tur, qui locutus est per Prophetas.

Et unam, Sanctam, Catholicam,  
& Apostolicam Ecclesiam.

Confiteor unum baptisma, in re-  
missionem peccatorum.

Et expecto resurrectionem mor-  
tuum, & uitam uenturi seculi, A-  
men.

PSALMVS INVITANS NOS AD  
laudandum Deum, ne cōtemp-  
to eius uerbo pereamus nostra infidelitate, ut  
olim Iudæi in deserto, Secundum aliã  
translationem, quam solitus est canta-  
ri in Ecclesijs.

VENITE exultemus Domino, iubile-  
mus Deo salutari nostro, præoc-  
cupemus faciem eius in cōfessione,  
& in Psalmis iubilemus ei.

Quoniam DEVS magnus DO-  
MINVS, & rex magnus super om-  
nes Deos, quoniam nō repellet Do-  
minus plebem suam, quia in manu  
eius

CANTICA.

eius sunt omnes fines terræ, & altitudines montium ipse conspicit.

Quoniam ipse est mare, & ipse fecit illud, & aridas fundauerunt manus eius, uenite adoremus & procidamus ante Deum, ploremus coram Domino qui fecit nos, quia ipse est Dominus Deus noster, nos autem populus eius & oues pascuæ eius.

Hodie si uocem eius audieritis, nolite obdurare corda uestra, sicut in exacerbatione secundum diem tentationis in deserto, ubi tentauerunt me patres uestri, probauerunt & uiderunt opera mea.

Quadraginta annis proximus fui generationi huic, & dixi semper, hi errant corde, id si uero non cognouerunt uias meas, quibus iuraui in ira mea, si introibunt in requiem meam.

Gloria Patri & Filio, & Spiritui sancto.

Sicut erat in principio & nunc & semper, & in secula, seculorum, Amen.

IN

IN ADVENTV DOMINI HYM-  
nus, Carmen Iambicum dimetrum, Au-  
thor eius S. Ambrosius.

Veni Redemptor gentium,  
Ostende partum uirginis,  
Miretur omne seculum,  
Talis decet partus Deum.  
Non ex uirili semine,  
Sed mystico spiramine,  
Verbum Dei factum est caro,  
Fructusq; uentris floruit.  
Alius tumescit uirginis,  
Claustrum pudoris permanet,  
Vexilla uirtutum micant,  
Versatur in templo Deus,  
Procedens de thalamo suo,  
Pudoris aula regia,  
Geminæ gigas substantiæ,  
Alacris ut currat uiam.  
Egressus eius à Patre,  
Regressus eius ad Patrem,  
Excursus usque ad Inferos,  
Rekursus ad sedem Dei.  
Aequalis æterno Patri,  
Carnis

## HYMNI.

Carnis trophæo accingere,  
 Infirma nostri corporis,  
 Virtute firmans perpetim.

Præsepe iam fulget tuum,  
 Lumenq; nos spirat nouum,  
 Quod nulla nox interpolet,  
 Fide quod iugi luceat.

Deo patri sit gloria,  
 Eiusq; soli Filio,  
 Cum Spiritu paraclito,  
 Et nunc & in perpetuum, Amen.

ALIVS HYMNVS AD NOCTVR  
 num, Carmen Iambicum dimetrum at  
 chilocticum.

VERbum supernum prodiens,  
 A Patre olim exiens.  
 Qui natus orbi subuenis  
 Cursu decliui temporis.

Illumina nunc pectora,  
 Tuoq; amore concrema,  
 Audito ut preconio,  
 Sint pulsa tandem lubrica.

Iudexq; cum post aderis,  
 Rimari facta pectoris  
 Reddens uicem pro abditis,

Iustisq;



Iustisq; regnum pro bonis.  
 Non demum arctemur malis  
 Pro qualitate criminis,  
 Sed cum beatis compotes,  
 Simus perennes cælibes.

AD LAUDES IAMBICVM  
 dimetrum.

VOx clara ecce intonat,  
 Obscura quæq; increpat,  
 Pellantur eminus somnia,  
 Ab æthere Christus promicat.

Mens iam resurgat torpida,  
 Quæ sorde extat faucia,  
 Sidus refulget iam nouum,  
 Ut tollat omne noxium,

E sursum agnus mittitur,  
 Laxare gratis debitum,  
 Omnes pro indulgentia,  
 Vocem demus cum lachrymis.

Secundo ut cum fulserit,  
 Mundumq; horror cinxerit,  
 Non pro reatu puniat,  
 Sed pius nos tum protegat.

## HYMNI.

AD VESPERAS HYMNVS, CAR-  
men Iambicum Archilochicum, Am-  
brosius author.

**C**onditor alme syderum,  
Aeterna lux credentium,  
Christe redemptor omnium,  
Exaudi preces supplicum.

Qui condolens interitu  
Mortis perire seculum,  
Saluasti mundum languidum:  
Donans reis remedium.

Vergente mundi uespere,  
Vti sponsus de thalamo  
Egressus honestissima  
Virginis matris clausula.

Cuius forti potentiae  
Genua curuantur omnia,  
Coelestia, terrestria,  
Fatentur nutu subdita.

Occasum sol custodiens,  
Luna pallorem retinens.  
Candor in astris relucens  
Certos obseruat limites.

Te deprecamur hague,  
Venture iudex seculi,

Con-

Conserua nos in tempore  
Hostis à telo perfidi.

Virtus, honor, laus, gloria,  
Deo Patri cum Filio,  
Sancto simul paracleto,  
In sempiterna secula.

IN NATIVITATE DOMINI  
hymnus, Carmen Iambicum archilo-  
chicum, Author Sedulius.

A Solis ortus cardine,  
Ad usque terræ limitem  
Christum canamus principem,  
Natum Mariæ uirginæ.

Beatus author seculi,  
Seruile corpus induit,  
Ut carne carnem liberans.  
Ne perderet quos condidit.

Clausæ parentis uiscera,  
Cœlestis intrat gratia.  
Venter puellæ baiulat,  
Secreta quæ non nouerat.

Domus pudici pectoris,  
Templum repente fit Dei,  
Intacta, nesciens uirum,  
Verbo concepit filium.

## HYMNI.

Enixa est puerpera,  
 Quem Gabriel prædixerat,  
 Quem matris aluo gestiens,  
 Clausus Iohannes senferat.  
 Fœno iacere pertulit,  
 Præsepe non abhorruit,  
 Paruoq; lacte pastus est,  
 Per quem nec ales esurit.  
 Gaudet chorus cœlestium,  
 Et angeli canunt Deo,  
 Palamq; fit pastoribus,  
 Pastor creator omnium.  
 Summo parenti gloria,  
 Natoq; laus quam maxima,  
 Cum sancto fit Spiramine,  
 Nunc & per omne seculum.

## ALIVD FORTVNATI.

**A** Gnoscat omne seculum,  
 Venisse vitæ præmium,  
 Post hostis asperi iugum,  
 Apparuit redemptio,  
 Esaias quæ cecinit,  
 Completa sunt in uirgine,  
 Annunciauit angelus,  
 Sanctus

Sanctus compleuit Spiritus,  
Maria uentre concipit  
Verbi fidelis semine.  
Quem totus orbis non capit,  
Portant puellæ uiscera.  
Radix Iesse iam floruit,  
Et uirgo fructum edidit,  
Fœcunda partum protulit,  
Et uirgo mater permanet.  
Præsepi imponi pertulit,  
Qui lucis author extitit,  
Cum Patre cœlos condidit,  
Sub matre pannos induit.  
Legem dedit qui seculo,  
Cuius decem Præcepta sunt,  
Dignando factus est homo,  
Sub legis ipse uinculo.  
Adam uetus quod polluit,  
Adam nouus hoc abluit,  
Tumens quod ille deiecit,  
Humillimus hic erigit.  
Iam nata lux est & salus,  
Fugata nox & uicta mors,  
Venite gentes credite,  
Deum Maria protulit.



HYMNI.

Cum Patre laus sit Filio,  
 Cum Spiritu paracleto,  
 Quo pregnans uirgo mater est,  
 Manet Deus qui nascitur.

ALIVD CARMEN TROCHAI-  
 cum acatalectico & catalectico alterna-  
 tim currens, Author Prudentius.

COrde natus ex parentis,  
 Ante mundi exordium,  
 Alpha & Omega cognominatus,  
 Ipse fons & clausula,  
 Omnium quæ sunt, fuerunt,  
 Quæq; post futura sunt.

O beatus ortus ille,  
 Virgo cum puerpera  
 Aedidit nostram salutem,  
 Foeta sancto Spiritu,  
 Et puer redemptor orbis,  
 Os sacratum protulit.

Pfallat altitudo cœli,  
 Pfallant omnes angeli,  
 Quicquid est uirtutis usquam,  
 Pfallat in laudem Dei,  
 Nulla linguarum filescat  
 Vox, & omnis consonet.

Ecces

Ecce quem uates uetustis,  
 Concinebant seculis,  
 Quem Prophetarum fideles  
 Paginæ sponponderant,  
 Emicat, promissus olim,  
 Cuncta collaudent eum,

Te senes & te iuuentus,  
 Paruulorum te chorus,  
 Turba matrum uirginumq̄:  
 Simples puellulæ,  
 Voce concordēs pudicis,  
 Perstrepant cōcentibus.

Tibi Christe sit cum Patre,  
 Cum sacroq̄ Pneumate,  
 Hymnus, melos, laus perennis,  
 Gratiarum actio,  
 Honor, uirtus, uictoria,  
 Regnum æternaliter,  
 Seculorum seculis, Amen.

IN EPIPHANIA DOMINI HYMNUS  
 Iambicus archilochicus, Sedulius  
 author.

**H**erodes hostis imple,  
 Christum uenire quid times?  
 Non arripit mortalia,

HYMNI.

Quia regna dat cœlestia.  
 Ibant Magi quam uiderant  
 Stellam sequentes præuiam,  
 Lumen requirunt lumine  
 Deum fatentur munere.

Lauacra puri gurgitis,  
 Cœlestis agnus attigit,  
 Peccata quæ non detulit,  
 Nos ablucendo sustulit.

Nouum genus potentia,  
 Aquæ rubescunt hydriæ,  
 Vinumq; iussa fundere  
 Mutauit unda originem.

Gloria tibi Domine  
 Qui apparuisti hodie,  
 Cum patre & sancto Spiritu,  
 In sempiterna secula, Amen.

DOMINICA SEPTVAGESIMA  
 Hymnus.

**D**ies absoluti prætereunt,  
 Dies obseruabiles redeunt,  
 Tempus adest sobrium,  
 Queramus puro corde Dominũ.  
 Hymnis & confessionibus  
 Iudex complacabitur Dominus.

Non

Non negat hic ueniam  
 Qui uult ut homo quærat gratiã.  
 Post iugum seruile Pharaonis,  
 Post cathenas diræ Babylonis,  
 Liber homo patriam  
 Quærat cœlestē Hierosolymam.  
 Fugiamus de hoc exilio,  
 Habitemus cum Dei Filio,  
 Hoc decus est famuli,  
 Si sit cohæres sui Domini.  
 Sis Christe nobis dux huius uitæ,  
 Memento quod sumus oues tuæ,  
 Pro quibus ipse tuam  
 Pastor ponebas morte animam.  
 Gloria sit Patri & Filio,  
 Sancto simul honor Paracleto,  
 Sicut erat pariter  
 In principio & nunc & semper,  
 Amen.

DOMINICA PRIMA IN QVA-  
 dragesima, Carmen Iambicum Archi-  
 lochicum, Ambrosij.

EX more docti mystico,  
 Seruemus hoc ieiunium,

Mm

HYMNI.

Deno dierum circulo.

Ducto quater notissimo.

Lex & Prophetæ primitus

Hoc protulerunt, postmodum

CHRISTVS sacrauit, omnium

Rex atque factor temporum.

Vt amur ergo parcius

Verbis, cibis, & potibus,

Somno, iocis, ut arctius

Perstemus in custodia.

Vitemus autem pessima

Quæ subruunt mentes uagas,

Nullumq; demus callido

Hosti locum tyrannidis.

Dicamus omnes cernui,

Clamemus atque singuli,

Ploremus ante iudicem,

Flectamus iram uindicem.

Nostris malis offendimus

Tuam DEVS clementiam,

Effunde nobis desuper

Remissor indulgentiam.

Memento quod simus tui,

Licet caduci plasmatas,

Ne des honorem nominis

Tui



Tui (precamur) alteri,  
 Laxa malum quod gessimus,  
 Auge bonum quod poscimus,  
 Placere quod tandem tibi  
 Possimus hic & perpetim, Amen.

DOMINICA QUADRAGESIMA,  
 Carmen Iambicum dimetrum.

A Vdi benigne Conditor  
 Nostras preces cum fletibus  
 In hoc sacro ieiunio,  
 Fufas quadragenario.

Scrutator alme cordium  
 Infirma tu scis uirium,  
 Ad te reuerfis exhibe  
 Remissionis gratiam.

Multum quidem peccauimus,  
 Tu parce confitentibus  
 Ad nominis laudem tui,  
 Confer medelam languidis.

Sic corpus extra conteri  
 Dona per abstinentiam,  
 Ieiunet ut mens sobria,  
 A labe prorsus criminum.

Præsta beata Trinitas,  
 Concede simplex unitas,

HYMNI.

Vt fructuosa sint tuis  
Ieiuniorum munera. Amen.

HYMNVS QVADRAGESIMA-  
lis, Carmen Iambicum Dimetrum.

CHRISTE qui lux es & dies,  
Noctis tenebras detegis,  
Lucisq; lumen crederis,  
Lumen beatum prædicans.

Precamur sancte Domine,  
Defende nos in hac nocte,  
Sit nobis in te requies,  
Quictam noctem tribue.

Ne grauis somnus irruat,  
Nec hostis nos surripiat,  
Nec caro illi consentiens,  
Nos tibi reos statuat.

Oculi somnum capiant,  
Cor ad te semper uigilet.  
Dextera tua protegat  
Famulos qui te diligunt.

Defensor noster aspice,  
Insidiantes reprime,  
Guberna tuos famulos,  
Quos sanguine mercatus es.

Memento

Memento nostri Domine,  
 In graui isto corpore,  
 Qui es defensor animæ,  
 Adesto nobis Domine.

Amen.

ALIUD IAMBICVM VT PRAE-  
 cedens.

CLarum decus ieiunij  
 Monstratur orbi cœlitus,  
 Quod Christus author omnium  
 Cibis dicauit abstinens.

Hoc Moyſes charus Deo,  
 Legisq; lator factus est,  
 Hoc Heliam per aëra  
 Curru leuauit igneo.

Hinc Daniel, myſteria  
 Victor leonum uiderat,  
 Per hoc amicus intimus  
 Sponſi, Iohannes claruit.

Hæc nos ſequi dona Deus  
 Exempla parſimoniæ,  
 Tu robur auge mentium,  
 Dans ſpirituale gaudium.

Præſta Pater per Filium,  
 Præſta per alium ſpiritum:

Mm iij

HYMNI.

Viuens per æuum triplici  
Vnus Deus cognomine.

ALIVS. IAMBICVM ARCHILO  
chicum Dimetrum.

**I**ESV quadragenariæ  
Dicator abſtinentiæ,  
Qui ob ſalutem mentium  
Hoc ſanxeras ieiunium.

Quo paradifo redderes,  
Seruata parſimonia  
Quos inde gaſtrimargiæ  
Huc illecebra depulit.

Adeſto nunc Eccleſiæ,  
Adeſto pœnitentiæ,  
Qua pro ſuis exceſſibus  
Orat pro fuſis precibus.

Tu retroacta crimina  
Tua remitte gratia,  
Et à futuris adhibe  
Cuſtodiam mitiſſime.

**V**t expiati annuis  
Ieiuniorum uictimis,  
Tendamus ad Paſchalia  
Digne colenda gaudia.

Amen.

DOMI

DOMINICA IN PASSIONE, IAM  
 bicum ut præcedens. Fortunatus Epi-  
 scopus author.

VExilla regis prodeunt,  
 Fulget Crucis misterium,  
 Quo carne carnis conditor  
 Suspensus est patibulo.  
 Confixa clavis uiscera  
 Tendens manus uestigia  
 Redemptionis gratia  
 Hæc immolatur hostia.  
 Quo uulneratus in super  
 Mucrone diro Lanceæ,  
 Ut nos lauaret crimine  
 Manauit unda sanguine.  
 Impleta sunt quæ concinit  
 Dauid fidelis carmine,  
 Dicendo in nationibus,  
 Regnauit à ligno Deus.  
 Arbor decora & fulgida  
 Ornata Regis purpura,  
 Electa digno stipite  
 Tam sancta membra tangere.  
 Beata cuius brachijs  
 Seclī pependit præmium  
 Statera facta est corporis,



## HYMNI.

Tartari tulit prædamq̃:  
 O crux, aue spes unica  
 Hoc passionis tempore,  
 Auge pñs iusticiam,  
 Reiq̃: dona ueniam.  
 Trinitas Deus te summa,  
 Collaudat omnis spiritus  
 Quos per crucis mysterium  
 Saluas, regas per secula,  
 Amen.

DOMINICA PALMARVM HYM-  
 nus, Carmen Elegiacum Theodulphi  
 Episcopi Aureliensis.

**G**Loria laus & honor, tibi sit rex Christe  
 redemptor,  
 Cui puerile decus promisit Osanna piũ.  
 Israel tu rex Dauidis & inchoata proles,  
 Nomine qui in Domini Rex benedictus  
 uenis.  
 Cœtus in excelsis te laudat cœlitus omnis.  
 Et mortalishomo, cuncta creata simul.  
 Plebs Hebræa tibi cū palmis obuia uenit.  
 Cum prece, uoto, Hymnis, assumus ec-  
 ce tibi.  
 Hi tibi passuro soluebant munia laudis,  
 Nos tibi regnanti, pāgimus ecce melos.  
 Hi placuere tibi, placeat deuotio nostra  
 Rex pie, rex clemens, cui bona cuncta  
 placent. AMEN.

DE PASSIONE DOMINI, CAR-  
men Trochaicum, Alemanio & Euri-  
pideo alternatim currans, Fortunati  
Episcopi.

**P**ange lingua gloriosa  
Prælium certaminis,  
Et super Crucis trophæo  
Dic triumphum nobilem,  
Qualiter Redemptor orbis  
Immolatus uicerit.

**D**e parentis protoplasti  
Fraude factor condolens,  
Quando pomi noxialis  
Morsu, in mortem corruit  
Ipse lignum tunc notauit,  
Damna ligni ut solueret.

**H**oc opus nostræ salutis  
Ordo depoposcerat,  
Multiformis proditoris  
Ars ut artem falleret.  
Et medelam ferret inde,  
Hostis unde læserat.

**Q**uando uenit ergo sacri  
Plenitudo temporis,  
Missus est ab arce Patris

H Y M N I.

Natus, orbis conditor  
 Atque uentre uirginali  
 Caro factus prodijt.  
**V**agit infans inter arcta  
 Conditus p̄sepiã,  
 Membra pannis inuoluta  
 Virgo mater alligat,  
 Et pedes, manusq; crura  
 Stricta cingit fascia.  
**L**ustra sex qui iam peracta  
 Tempus implens corporis,  
 Se uolente natus atque huic  
 Passioni deditus,  
 Agnus in Crucis leuatur  
 Immolandus stipite.  
**H**ic acetum, Fel, arundo,  
 Sputa, clauis, lancea,  
 Mite corpus perforatur,  
 Sanguis unda profluit,  
 Terra, pontus, astra, mundus,  
 Quo lauantur flumine.  
**C**R V X fidelis inter omnes  
 Arbor una nobilis,  
 Nulla sylua talem profert  
 Fronde, flore, germine,  
Dulce

Dulce lignum, dulces clauos,  
Dulce pondus sustinet.

Flecte ramos arbor alta,  
Tensa laxa uiscera,  
Et rigor lentescat ille,  
Quem dedit natiuitas,  
Quo superni membra Regis,  
Miti tendas stipite.

Sola digna tu fuisti,  
Ferre seculi premium,  
Atque portum præparare,  
Nauta mundo naufrago.  
Quem sacer cruor perunxit  
Fusus agni corpore.

Gloria & Honor Deo  
Usquequaque altissimo,  
Vna Patri Filioq; &  
Inclyto Paracletto,  
Cui laus & potestas  
Per æterna secula, Amen.

## PRVDENTIVS.

Vidit anguis immolatam  
Corporis sacri hostiam,  
Vidit & fellis perusti  
Mox uenenum perdidit,  
Saucius

HYMNI.

Saucius dolore multo  
Colla fractus sibilat.  
Quid tibi prophane Serpens,  
Profuit rebus nouis  
Plasma primum perculisse  
Versipelli astutias  
Diluit culpam recepto  
Forma mortalis Deo.

*Additum aliunde.*

Genitori Genitoq;  
Laus & iubilatio,  
Salus, honor, uirtus quoque,  
Sit & benedictio,  
Procedenti ab utroque  
Compar fit laudatio.

IN COENA DOMINI HYMNVS

Ode Iambica Trimetra.

**R**EX Christe factor omnium  
Redemptor & credentium,  
Placare uotis supplicum  
Te laudibus colentium.  
Cuius benigna gratia  
Crucis per alma uulnera,  
Virtute soluit ardua  
Primi parentis uincula.

Qui



Qui es creator syderum,  
 Tegmen subisti carneum,  
 Dignatus hanc uilissimam  
 Pati doloris formulam.

Ligatus es, ut solueres  
 Mundi ruentis complices,  
 Per probra tergens crimina  
 Quæ mundus auxit plurima.

Cruci Redemptor figeris,  
 Terram sed omnem concutis,  
 Tradis potentem spiritum,  
 Nigrescit atq; seculum.

Mox in paternæ gloriæ,  
 Victor resplendens culmine,  
 Cum spiritus munimine,  
 Defende nos Rex optime.

AMEN.

IN SOLENNITATE PASCHA.  
 li, Elegiacum Lactantij.

Salve festa dies, toto uenerabilis æuo,  
 Quia Deus infernū uicit, & astra tenet,  
 Ecce renascentis testatur gratia mundi,  
 Omnia cum Domino dona redisse suo.  
 Namque triumphanti post tristia tartara  
 Christo  
 Undique fronde nemus, gramina, flore,  
 fauent.

Legibus

H Y M N I.

Legibus inferni oppressis, super astra meā  
tem,

Laudāt rite Deū, lux, polus, arua, fretū.  
Qui crucifixus erat Deus, ecce per omnia  
regnat,

Dātque Creatori cuncta creata precē.  
Christe salus rerum bone conditor atque  
redemptor,

Vnica progenies ex deitate Patris.  
Solue catenatas inferni carceris umbras,  
Et reuoca sursum quicquid ad ima ruit.

ALIVS HYMNVS, IAMBICVS

Dimeter.

C Horus nouæ Hierusalem,  
Noua melli dulcedinem  
Promat, colens cum sobrijs  
Paschale festum gaudijs.

Quo Christus inuictus leo,  
Dracone surgens obruto,  
Dum uoce uiua personat,  
A morte functos excitat.

Quam deuorarat improbus  
Prædam refudit tartarus,  
Captiuitate libera  
Iesum sequuntur agmina.

Triumphat ille splendide,  
Et dignus amplitudine  
Solī, poli; patriam,

Vnam

Vnam facit rempublicam.

Ipsū canendo supplices,

Regem precemur milites,

Vt in suo clarissimo

Nos ordinet palatio.

Per felca metæ nescia,

Patri supremo gloria,

Honorq; sit cum Filio,

Et spiritu paraclēto, Amen.

ALIUS. CARMEN IAMBICVM

Ametrum.

AD cœnam agni prouidi,

Et stolis albis candidi,

Post transitum maris rubri,

Christo canamus principi.

Cuius corpus sanctissimum

In ara crucis torridum.

Cruore eius roseo

Gustando uiuimus Deo.

Protecti Pasche uespere,

A deuaſtante angelo

Erepti de durissimo

Pharaonis imperio.

Iam Pascha nostram Christus est,

Qui immolatus agnus est

Since.

H Y M N I.

Sinceritatis azyma  
Caro eius oblata est.

O uere digna hostia,  
Per quem fracta sunt tartara,  
Redempta plebs captiuata  
Redit ad uitæ præmia.

Cum surgit Christus tumulo  
Victor redit de baratro,  
Tyrannum trudens uinculo,  
Et referans paradysum.

Quæsumus auctor omnium  
In hoc Paschali gaudio,  
Ab omni mortis impetu,  
Tuum defende populum, Amen.

ALIVS HYMNVS TEMPORE  
Paschali.

**I**ESV redemptor seculi,  
Verbum patris altissimi  
Lux lucis inuisibilis,  
Custos tuorum peruigil.

Tu fabricator omnium  
Discretor atque temporum  
Labore fessa corpora  
Noctis quiesce recrea.

Te deprecamur supplices,

Vt

Vt nos ab hoste liberares,  
 Ne ualeat seducere  
 Tuo redemptos sanguine.

Vt dum graui hoc in corpore,  
 Breui manemus tempore,  
 Sic caro nostra dormiat  
 Vt mens soporem nesciat. Amen.

ALIVS. CARMINE SAPHICO  
 Adonico.

Vita sanctorum, decus angelorum,  
 Vita eunctorum pariter piorum,  
 Christe q̄ mortis moriēs ministrū  
 Exuperasti.

Tu tuo lætos famulos trophæo,  
 Nūc in his serua placidus diebus,  
 In quibus sanctū celebratur omnē  
 Pascha per orbem.

Pascha quo uictor rediēs ab imo,  
 Atq; cum multis alijs resurgens,  
 Ipse susceptam super alta carnem  
 Astra leuasti.

Nunc in excelsis Dominus refugens  
 Et supra cœlos Deus eleuatus,  
 Inde uenturus homo iudicatus,  
 Denuo iudex.

Nn



H Y M N I.

Corda tu sursum modo nostra tolle  
 Quo patri dexter resides in alto,  
 Nec resurgentes facias in ima  
 Præcipitari.

Hoc pater tecum, hoc idem sacratus  
 Præstet amborū pie Christe status,  
 Cum quibus regnas, Deus unus  
 omni Iugiter æuo.

DE ASCENSIONE DOMINI

Hymnus, Carmen ex Asclepiadeo &  
 Gliconico.

Festum nunc celebre, magnaque  
 gaudia,

Compellunt animos carmina pro-  
 mere.

Cū Christus solū scandit ad arduū  
 Cœlorum pius arbiter.

Conscendit iubilans, letus ad æthera  
 Sanctorum populus prædicat incly-

tum,  
 Concinit pariter angelicus chorus

Victoris boni gloriam.  
 Qui scādēs superos uincula uinxerat

Donans terrigenis munera plurima  
 Dīstrīctus rediet arbiter omnium

Qui mitis modo transit.  
 Oramus

Oramus Domine conditor inclyte,  
 Deutos famulos respice, protege,  
 Ne nos liuor edax dæmonis obruat  
 Demergat uel in inferos.

Vt cum flammiuoma nube reuerte-  
 ris,

Occulta hominum pandere iudicās  
 Ne des supplicia horrida noxijs,  
 Sed iustis bona præmia.

Præsta hoc genitor optime maxime,  
 Hoc tu nate Dei, & bone spiritus,  
 Regnans perpetuo fulgida trinitas  
 Per cuncta pie secula

ALIVS. IAMBICVM DIME-  
 trum.

IESU nostra redemptio,  
 Amor & desiderium,  
 Deus creator omnium,  
 Homo in fine temporum.

Quæ te uicit clementiar'  
 Vt nostra ferres crimina,  
 Crudelem mortem patiens,  
 Vt nos à morte tolleres.

Inferni claustra penetrans,  
 Tuos captiuos redimens,

H Y M N I.

Victor triumpho nobili,  
 Ad dextram Patris residens.  
 Ipsa te cogat pietas  
 Ut mala nostra superes  
 Parcendo, & uoti compotes  
 Nos tuo uultu saties.  
 Tu esto nostrum gaudium,  
 Qui es futurus præmium,  
 Nostra in te sit gloria  
 Per cuncta semper secula. Amen.  
 IN DIE PENTECOSTES, IAMBICUM TRIMETRUM, AD SANCTUM SPIRITUM.

Veni creator spiritus  
 Mentis tuorum uisita,  
 Imple superna gratia  
 Quæ tu creasti pectora.  
 Qui paracletus diceris,  
 Donum Dei altissimi,  
 Fons uiuus, ignis, charitas,  
 Et spiritualis unctio.  
 Tu septiformis munere,  
 Dextræ Dei tu digitus,  
 Tu rite promissum Patris  
 Sermone ditans guttura.  
 Accende lumen sensibus.

Infun

Infunde amorem cordibus,  
 Infirma nostri corporis,  
 Virtute firmans perpeti.  
 Hostem repellas longius,  
 Pacemq; dones portinus,  
 Ductore sic te preuios,  
 Vitemus omnes noxium.  
 Per te sciamus da patrem,  
 Noscamus atq; Filium,  
 Te utriusq; spiritum  
 Credamus omni tempore.  
 Sit laus Patri cum Filio,  
 Sancto simul paracleto  
 Nobisq; mittat Filius.  
 Charissima sancti spiritus, Amen.

ORATIO AD DEVM SPIRITUM  
 sanctum.

Sancte spiritus adsit nobis gratia.  
 Quæ corda nostra sibi faciat habi-  
 taculum.  
 Expulsis inde cunctis vitijs spiritua-  
 libus.  
 Spiritus alme illustrator hominum.  
 Horridas nostræ mentis purga tene-  
 bras.

H Y M N I.

Amator sancte sensatorum semper  
cogitatum.

Infunde unctionem tuam clemens  
nostris sensibus.

Tu purificator omnium flagitiorū  
Spiritus,

Purifica nostri oculus interioris ho-  
minis,

Vt uideri supremus Genitor possit a  
nobis.

Mundi cordis quem soli cernere pos-  
sunt oculi.

Prophetas tu insperasti, ut preconia  
Christi tunc præcinerunt inclyta

Apostolos tu confortasti uti trophe-  
um Christi per totum mundum  
ueherent.

Quando machinam per uerbum suū  
fecit Deus, coeli, terræ, marium.

Tu super aquas faturus eas, Numē  
tuum expandisti Spiritus.

Tu animabus, uiuificādis aquas foe-  
cundas.

Tu aspirando das spirituales esse ho-  
mines.

Tu



Tu diuisum per linguas mundum et  
ritus, adunasti Domine.

Idolatrias ad cultum DEI reuocas  
Magistrorum optime.

Ergo nos supplicantes tibi exaudi pro  
picius sancte Spiritus.

Sine quo preces omnes cassæ credū  
tur & indignæ Dei auribus.

ADDITVM DE FESTO PEN-  
tecostes.

**T**V qui omnium seculorum San-  
ctos, tui Numinis docuisti instin-  
ctu amplectendo Spiritus.

Ipsè hodie Apostolos Christi donas  
munere insolito & cunctis inaudi-  
to seculis.

Hunc diem gloriosum fecisti.

ORATIO AD DEVM SAN-  
ctum Spiritum.

**V**eni sancte Spiritus & emitte cœ-  
litus lucis tuæ radium.

Veni pater pauperū, ueni dator mu-  
nerum, ueni lumen cordium.

Consolator optime, dulcis hospes  
animæ, dulce refrigerium.

H Y M N I.

In labore requies, in æstu temperies,  
in fletu solatium.

O lux beatissima reple cordis inti-  
ma tuorum fidelium.

Sine tuo numine nihil est in homine,  
nihil est innoxium.

Lava quod est sordidum, riga quod  
est aridum, sana quod est sauciū.

Flecte quod est rigidum, fove quod  
est frigidū, rege quod est deuium.

Da tuis Fidelibus in Te confidenti-  
bus sacrum septenarium.

Da uirtutis meritū, da salutis exitū,  
da perenne gaudium. Amen.

DE SANCTA TRINITATE, IAM  
bicum Archilochicum.

O Lux beata trinitas,  
Et principalis unitas,  
Iam sol recedit igneus,  
Infunde lumen cordibus.

Te mane laudum carmine  
Te deprecemur uespere  
Nostra supplex te gloria  
Per cuncta laudet secula.

AMEN.

IN

IN FESTO CORPORIS CHRIS-  
ti, Carmen diui Thomæ Aquinatis.

**P** Ange lingua gloriosi  
Corporis mysterium,  
Sanguinisq; preciosi,  
Quem in mundi precium  
Fructus uentris generosi,  
Rex effudit gentium.

**N**obis natus, nobis datus,  
Ex intacta uirgine,  
Et in mundo conuersatus  
Sparso uerbi semine  
Sui moras incolatus,  
Miro clausit ordine.

**I**n supremæ nocte cœnæ  
Recumbens cum fratribus,  
Observata lege plene  
Cibis in legalibus,  
Cibum turbæ duodenæ  
Se dat suis manibus.

**V**erbum caro panem uerum  
Verbo carnem efficit,  
Fitq; sanguis Christi merum,  
Et si sensus deficit,

H Y M N I.

Ad firmandum cor syncerum,  
Sola fides sufficit.

Tantum ergo sacramentum  
Veneremur cernui,  
Et antiquum documentum  
Nouo cedat ritui,  
Præstet fides supplementum  
Sensuum defectui.

Genitori genitoq;  
Laus & iubilatio,  
Salus, honor, uirtus quoq;  
Sit & benedictio.  
Procedenti ab utroq;  
Compar sit laudatio. Amen.

IAMBICVM DIMETRVM, DE  
cōceptione & natiuitate Christi ex uir-  
gine sancta.

**F**it porta Christi peruia,  
Referta plena gratia,  
Tranfitq; rex & permanet,  
Clausa ut fuit per secula.

Genus superni luminis  
Processit aula uirginis,  
Sponsus redemptor conditor  
Suae Gigas Ecclesiae.

Ho.

Honor matris & gaudium.

Immensa spes credentium,

Per atra mortis pocula

Resoluit nostra crimina.

Gloria tibi DOMINE,

Qui natus es de uirgine,

Cum Patre & sancto Spiritu,

In sempiterna secula.

ALIVD, SED ELEGIACVM.

Virgo Dei genitrix, quem totus non capit  
orbis.

In tua se clausit uiscera factus homo.

Vera fides geniti purgavit crimina mudi,

Et tibi uirginitas inuiolata manet.

Gloria magna Patri, cōpar tibi gloria Nate

Flamine cū Sancto, gloria magna Patri.

IAMBICVM DIMETRVM, PHI-

lippi Melanth. de S. Iohan. Baptista.

**A**Eterno gratias Patri

Omnes canant Ecclesiæ,

Quod nuncium uerbi sui

Iohannem nobis miserit.

Hic mores exui malos

Iussit, metuq; iudicis

Mox adfuturi terruit

Superbas mentes omnium.

Rursusq; perculos metu.

Oo ñ



H Y M N I . -

In spem uitæ certam uocat,  
 Et monstrat agnum digito  
 Qui placat unicus Deum.  
 Hæc illæ firmo pectore  
 Docet, Christumq; prædicat  
 Venire, ceu Solem nouum  
 Prodire aurora nunciat.  
 Nec Pharisæi spiritum  
 Fregerunt ingentem uiri,  
 Helias alter hic fuit,  
 Hypocritas dum arguit.  
 Te summe rogamus Pater,  
 Vt corda nostra fuscites,  
 Vt uere possint credere  
 Iohannis testimonio. Amen.

H Y M N V S D E S A N C T O I O H A N N E  
 ne Baptista, Ioach. Camerarij.  
 D E S . I O H A N N E  
 Baptista.

V T queat festo celebrare cantu  
 Gesta sanctorum pia uox tuo-  
 rum.  
 Christe peccatis timidæ resolu  
 Vincula linguæ.  
 Hoc tibi mentis studium fidelis  
 Hoc

Hoc opus laudis meritæ refertur,  
 Corde q̄ dignas memori iubemur  
 Reddere grates.

Nunc adest lætæ bona lux diei  
 Qua Deo addictus populus beati  
 Martyris sancti colit ac Prophetæ  
 Festa Iohannis.

Angelus Patri senio trementi  
 Antequam ferret sua mater aluo  
 Huius exortum simul atq; uitam  
 Ordine narrat.

Hic ad affatum Domini Mariæ  
 Matris, exultans utero Parentis.  
 In suæ, Christum uenerans adorat  
 Gestibus infans.

Hic uiam Christo parat affuturo  
 Monstrat extensio digitoq; purâ  
 Victimam, offensi fuit expiata  
 Qua patris ira.

En Dei clamat preciosus agnus  
 Dū stat & præter uidet ire Iesum,  
 Qui tulit mundi scelus, & reatus  
 Crimina soluit.

Ue & in uiuo, ueterem perosos  
 Vitam, & ad cœli cupidus uenire

H Y M N I.

Regna, diuinos monitus secutus  
 Flumine mergit.  
 Carteris tandem datus in tenebras  
 Arguēs Regis Venerem nefandā  
 Fraude Reginae capite amputato  
 Occidit insons.  
 Vidit incisi iuguli Machærus  
 Corpus æterni quod ab ore uerbi  
 Sparserat sancto segetem datura  
 Semina lætam.  
 Hac uia est semper pietatis eius  
 Quæ Deum uerè colit, et salubres  
 Ore depromens monitus aperto  
 Libera fatur.  
 Increpans ausus hominū proteruos  
 Impij fructus animi, docensq;  
 Huic Deum irascei grauius furori  
 Omnipotentem.  
 Ergo se contra parat ille mundi  
 Principis turmæ globus opprimitq;  
 Vi sua sanctæ pietatis alma  
 Verba loquentes.  
 Innocens ceruix gladio secatur.  
 Mergitur corp9 pelago aut flagrat  
 Vritur flamma, iacet aut in tetro  
 Carcere uinctum.

Veritas nulla tamen occubat ui,  
 Ac quasi iniectū generosæ palmę  
 Stirps, onus cōtra liquidas renitēs  
 Tendit in auras.

Gratias cœtus populi frequentis  
 Et Patri & Nato pariterq; sancti  
 Numini flatus agat huncq; læta  
 Voce celebret.

Optimū, iustū, omnipotentē et unū,  
 Finis expertē simul hūc & ortus,  
 Cuius à se cuncta potens creata  
 Dextra gubernat.

DE S. PETRO ET PAVLO APO-  
 stolis Ioach. Camerarij.

**L**Vx aurea roseo nitore splendida  
 Hæc nomē est sortita Christi Mar-  
 tyrum.

Petri atq; Pauli, quorum in orbe  
 fulgidum.

Ortū renidet uniuerso iam iubar.

Tu Petre primum Antiochi ad urbē  
 collocas

Præconiū sedē atq; doctrinæ thro-  
 num.

Paulus peragrat regna iussus Grę-  
 ciæ.

H Y M N I.

Sed Roma uitæ ambos coronat  
 exitu.

Horū meminisse nominis pios decet.  
 Et gratias agere deo eterno patri,  
 Hos in suam qui miserit messem  
 uiros.

Christi sequentes atque mōstran-  
 tes uiam.

His Christus ipse tradidit claues po-  
 li.

Essent aperte semper ut fidelibus.  
 Clausq; ut huius impijs essent fo-  
 res,

Hæc est Apostolici potestas mu-  
 neris.

Nūc est uterque beatus in coelis, suo  
 Cursu peracto in ualle fletus tur-  
 bida.

Sed nūc quoque instruit & docet  
 scriptis pios.

Et uerba uitæ ac ueritatis personat.  
 His sunt reliquæ Martyrum recon-  
 ditæ

Thecis, & hæc monumenta san-  
 ctorum patent,

Illæsa



Illæsa seruatur quibus Christi fi-  
des.

Cūctisque cōfertur salus credētibus  
Aeternæ laus tibi sit ò Deus Pater,  
Et sit tibi coæterne laus fili Deus.  
Sit laus tibi utriusque Spiritus  
Deus.

Soli, potenti, maximo, uero Deo.

IAMBICVM DIMETRVM, DE  
Maria Dei genitrice uisitāte Elisabeth,  
Autore Philippo Melanthon.

A Eterne gratias tibi  
Dicamus omnes conditor,  
Quod inter hostes plurimos  
Ecclesiam seruas tamen.

Vt inter arma gentium,  
Herodis & satellites,  
Interq; tetros dogmatum  
Furores & deliria.

Seruas Mariam uirginem,  
Domumq; castæ Elisabeth,  
Quæ prædicant munus tuum  
Datumq; Christum nunciant.

Non Pontifex, non Principes,

H Y M N I.

Eſi ſciunt oracula  
 Vatum, ueniſſe nouerant  
 Salutis autorem nouæ.  
 Sed dulcis hæc Elifabeth  
 Et uirginis congreſſio,  
 Arcana promit cæteris  
 Vere Deum colentibus.  
 Aluoq; foetus conditus  
 Longo Sacerdotum agmini  
 Agnoſcit ignotum Ducem,  
 Adorat & geſtu ſuo.  
 Hæc prima Synodus fuit  
 Teſtata de Chriſto Duce,  
 Poſtquam ſtaturato tempore  
 Verbum Patris factum eſt caro.  
 Accenſa teſtimonijs  
 In corde noſtro talibus,  
 Colat fides & inuocet  
 Chriſtum Mariæ filium.  
 Opemq; ſpe firma petat,  
 Miſſumq; credat à Patre,  
 Vt inuocantes adiuuet,  
 Malisque cunctis liberet  
 AMEN.

Aliud

## ALIVD, PAULI EBERI.

**Q**uam læta perfert nuncia  
 um Galilæis finibus  
 Relictis, cognatam suam  
 Procul Maria uisitat.  
**Q**uanto Mariam gaudio  
 Elisabeth complectitur.  
 Quam scit, monente Spiritu,  
 Gestare promissum Ducem.  
**Q**ui conciliaturus Deo  
 Patri fit humanum genus,  
 Lapsu quod olim se graui  
 A conditore auerterat.  
**Q**uem flagitauerunt Patres,  
 Multis uenire seculis,  
 Hunc matris inclusus suæ  
 Aulo Iohannes excipit.  
**E**t prædicare quem pia  
 Lingua nequit mutus senex,  
 Hunc mente adorat, indicans  
 Gestu Dei præsentiam.  
**H**anc parua continet casa  
 Ecclesiæ turbam nouæ,  
 Quæ prima declarat ratum  
 Verbum Dei de semine,  
 Dum

H Y M N I.

Dum tendat Herodes suum  
 Firmare regnum cædibus,  
 Et helluatur Caiphas,  
 Piosq; Doctores necat.  
 Perinde nunc Ecclesiam  
 Arctæ tenent angustiaë,  
 Quam turbat aut erroribus  
 Aut cædibus dirus Draco.  
 Hanc tu, carentem robore  
 Firmisq; defensoribus,  
 Tuere Christe quæsumus  
 Laudes tuas ut prædicet.

H Y M N V S D E S. L A V R E N T I O  
 Ioach. Camerarius.

**F**esta Laurenti celebri per annum  
 Lux redit Christi famuli dicata  
 Nomini præbens memoranda fidi.  
 Martyris acta.  
 Quem nec instantis facies Tyranni  
 Nec minæ sæui potuere Regis,  
 In fide sancta stabili manentem  
 Frangere mente.  
 Pontifex Romæ pius, & paratus  
 Vera doctrina proprio cruore  
 Et

Et sua Christi necce roborare

Dogmata Syxtus.

Hunc iubet quondam sibi creditam  
rem

Christiani diuitias peculi,

Pauperum larga gregibus ferentem

Tradere dextra.

Sed rapax sacris opibus Tyrannus

Gestiens inferre manus auaras

Mandat argenti sibi mox & auri

Pondera promi.

Ergo crudelis Decij minister,

Impij regis furij adactus,

Corripit sanctum Iuuenem, minisq;

Tristibus urget.

Ni statim tectæ preciosa Gazæ

Dona deportet, Latiosq; diuos

More maiorum ueneratus, aris

Addat honores.

Ille thesauros grege conuocato

Pauperum monstrat, fidei nefasq;

Edocet quod sit uiolare Christo

Iura sacratæ.

Ergo non unus subito aduocatus

Carnifex omnem mouet officinam,

Inq;



HYMNI.

Inq; coniunctas tenero fatigat  
Corpore uires.

Texitur tandem scelerata crates  
Laminis ferri, Iuuenisq; sancti  
Nuda Laurenti super alligati  
Membra reuincit.

Aestuans prunis rutilansq; flammis  
Subter hanc iræ rabidi furoris  
Seruiens, dirus rogos excitato  
Subditur igne.

Innocens unum latus ille torret,  
Mentis ac fidens Iuuenis iubet se  
Verti, ut affata rabies Tyranni  
Parte fruatur.

Milites Christi manet iste finis  
Huius in mundi spacio, sed ex hac  
Excipit uita melior profectos  
Portio rerum.

Qui sequi Christū cupiūt Magistrū,  
Et piæ rectam tenuisse uitæ  
Semitam, duræ mala ferre sortis  
Multa necesse est.

Nunc tuū cœtus memori quotannis  
Nomen, ô Martyr, recolit fidelis  
Corde

Corde, te cantus meritis sonori  
 Laudibus ornans,  
 Et simul Christo pia turba grates  
 Omnis auctori peragit salutis,  
 Qui tua uictor posuit perenne  
 Morte trophæum.

Ille de elati solet hac triumphum  
 Viribus semper ratione clarum  
 Ducere, ac in debilitate robur  
 Frangere mundi.

Maxime o rerum tibi laus fit auctor  
 Et pater. Sit laus tibi Christe fili.  
 Et Deo laus fit tibi sancte, uero,  
 Flatus & uni.

DE ANGELIS, SAPPHICON PHILIPPI  
 Melanthonis.

Dicimus grates tibi summe rerum  
 Conditor, Gnato tua quot ministros

Flammeos finxit manus, Angelorum  
 Agmina pura.

Qui tuæ lucis radijs uibrantes,  
 Te uident lætis oculis, tuasq;  
 Hauriunt uoces sapientiæq;  
 Fonte fruuntur.

HYMNI.

Hos nec ignauum finis esse uulgus,  
 Nec per ingentes uolitare frustra  
 Aetheris tractus, temere nec inter  
 Ludere uentos.

Sed iubes Christo comites adesse  
 Et pios cœtus hominum tueri,  
 Qui tuas leges uenerantur atque  
 Discere curant.

Impiis ardens odiis & ira,  
 Nā tuis castris Draco semper infert  
 Bella, qui primus scelus atque mortē  
 Intulit orbi.

Hic domos, urbes, tua tēpla, gentes,  
 Et tuæ legis monumenta tota,  
 Et bonos mores abolere tentat  
 Funditus omnes.

Interim sed nos regit Angelorum,  
 Quæ ducem Christum sequitur, ca-  
 terua,

Atque grassantis reprimit cruenta  
 Arma Draconis.

Angeli Lothon Sodomæ tuentur,  
 Inter infestos Elisæus hostes,  
 Angelis cinctus, nihil extimescit  
 Bellica signa.

Tutus

Tutus est inter medios leones  
 Angelis septus Daniel Propheta,  
 Sic tegit semper Deus his ministris  
 Omnia nostra.

Hoc tuum munus celebramus una  
 Et tibi noster chorus, Angeliq;  
 Gratias dicunt simul accinentes  
 Conditor alme,  
 Et tuo templo uigiles ut addas  
 Angelos semper, populoq; gnati  
 Qui tui uerbum colit, obsecramus  
 Pectore toto.

DE ANGELIS HYMNVS, AV-  
 thore Iohanne Stigelio.

Angelis hæc est sacra lux, adeste  
 Muneris tãti memores, et omnis  
 Hos Deo propter tribuens honorẽ  
 Concio plaudat.

Spiritus, rerum Deus hos creator  
 Finxit, atque illis sapientis ignem  
 Mentis adflauit, uoluitq; recti  
 Esse ministros.

Ergo uersantur uigiles parentis  
 Ante conspectum, capiuntq; læti

## HYMNI.

Iussa mandantis, Dominoq; toto  
Aethere plaudunt.

Heu quod infesti rabies draconis  
Angelis tantas mouet usq; pugnas,  
Qui sciens primus proprio furore  
Perdidit orbem,

Ille funestis agitatus iris,  
Inuidens Christo, fore iam minatur  
Iordanis totas sitiens ut alti  
Sorbeat undas.

Circuit mundum, fremit hic & illic,  
Fascinat mentes, uarieq; sudat  
Vt pios cultos abolere possit,  
Omnia turbat,

Dissipat leges, ferit inter urbes,  
Inter agnatos fera bella reges,  
Omne grassator scelus imparatis  
Mentibus inflat.

Cōcitat uentos, subruitq; nymbos,  
Grandines spargit, sata culta uastat,  
Inficit nubes, uarijsq; sternit  
Corpora morbis.

Concitat sæuos odijs Tyrannos,  
Vt fremant, ut bella pijs minentur,

Vt



Vt Deū oppugnēt, misereq; Christi  
Membra trucident.

At pios Christo duce sub potente  
Ipse quorum omnes numerat capil-  
los,

Angeli seruant reprimuntq; sæuum  
Fortiter hostem.

Nō minus mundū peragrant & ipsi,  
Et truci claudunt aditum draconi,  
Asserunt ueros, retinentq; pugna  
Vindice cultus.

Conferunt pacem, cohibentq; lites,  
Prouehunt leges, sacra iura firmant,  
Amouēt morbos, referūtq; Christo  
Vota piorum.

Liberant pressos, reprimūt Tyran-  
nos,

Ad latus nobis habitant, & adsunt  
Ad caput semper uigiles, pijsq;  
Cuncta ministrant.

Angelis septi pueri ministris  
Fulmen ardentis superant camini  
Angelis septus Daniel leonum  
Effugit iram.

Angeli regnū Achazidis gubernāt,  
Pp ij

## HYMNI.

Angeli Lothon Sodomæ tuentur,  
 Angelis cinctus nihil extimescit,  
 Omnia uincit.

Angelis curæ genus esse nostrum  
 Qui Deum uero colimus timore,  
 Aspice, exemplis probat hæc abūde  
 Pluribus ætas.

Quando crudeles alias Tyrannos  
 Sæuius dirus furor incitauit  
 Vt sacro fittas repleant piorum  
 Sanguine fauces:

At uetat cœtus sacer angelorum  
 Qui pios circum uolitant frequētes  
 Et manu nostros alacres in hostes  
 Vindice pugnant.

Hinc nihil pactis, Epicurus armis  
 Qui sedet Romæ, infatuatq; reges.  
 Hinc nihil nobis inimicus omnis  
 Efficit hostis.

Quas tibi rerum sapiens creator  
 Gratias digno peragamus ore:  
 Heu fitum non est id in eloquentiæ  
 Vilius ore.

Nos tuam ad uiuam faciem creasti,  
 Nos ab æterna styge liberaſti,  
 Insuper

Insuper nostro lateri ministros  
Cœlitus addis.

Christe tu nostros animos gubernas,  
Vt tibi grati placeamus uni,  
Ne tuos unquam uiciosa lædat  
Vita ministros.

HYMNVS NOCTVRNVS. IAMBICVM  
dimetrum, S. Ambrosij.

Somno resectis artubus,  
Spreto cubili surgimus,  
Nobis pater canentibus  
Adesse te deposcimus.

Te lingua primum concinat  
Tementis ardor ambiat,  
Vt actuum sequentium  
Tu sancte sis exordium.

Cedant tenebræ lumini  
Et nox diurno syderi,  
Vt culpa quam nox intulit  
Lucis labascet munere.

Precamur idem supplices  
Noxas ut omnes amputes,  
Et ore te canentium  
Lauderis in perpetuum.

## HYMNI.

HYMNVS AD PRIMAM, CVM  
 mane surgis, Iambicū Dimetrum, Am-  
 broſij.

**I**am lucis orto fidere,  
 Deum precemur ſupplices,  
 Vt in diurnis actibus  
 Nos ſeruet à nocentibus.  
 Linguam refrenans temperet,  
 Ne litis horror inſonet:  
 Viſum fouendo contegat  
 Ne uanitates hauriat.  
 Sint pura cordis intima  
 Abſiſtat & uecordia,  
 Carnis terat ſuperbiam,  
 Cibi potuſq; parcitas.  
 Vt cum dies abſceſſerit,  
 Noctemq; fors reduxerit,  
 Mundi per abſtinentiam  
 Ipsi canamus gloriam.  
 Deo patri ſit gloria,  
 Eiuſq; ſoli Filio,  
 Cum ſpiritu paracleto  
 Nunc & per omne ſeculum.

AMEN.

AD

AD TERTIAM. CARMEN VT  
præcedens, Ambrosij.

**N**Vnc sancte nobis Spiritus  
Unum Patri cum Filio,  
Dignare promptus ingeri  
Nostro profusus pectori.  
**O**s, Lingua, Mens, Sensus, Vigor,  
Confessionem personent,  
Flammescat igne charitas,  
Accendat ardor proximos,  
**P**ræsta pater pijsime,  
Patriq; compar unice,  
Cum Spiritu Paracleta,  
Nunc & per omne seculum.

AD SEXTAM. EODEM CAR-  
mine, Ambrosius author.

**R**Ector potens, uerax Deus,  
Qui temperas rerum uices,  
Splendore qui mane instruis  
Et ignibus meridiem.  
**E**xtingue flammam litium,  
Aufer calorem noxium,  
Confer salutem corporum,  
Veramq; pacem cordium.  
Præsta Pater &c.



HYMNI.

AD NONAM. SIMILĒ CARMEN  
eiusdem S. Ambrosij.

**R**erum Deus tenax uigor,  
Immotus in te permanens,  
Lucis diurnæ tempora  
Successibus determinans.  
Largire clarum uespere  
Quo uita nusquam decidat,  
Sed præmium mortis sacræ  
Perennis instet gloria.

Præsta &c.

AD COMPLETORIUM CADEN  
te Sole, carmen Iambicum Dimetrū.

**T**elucis ante terminum,  
Rerum creator poscimus,  
Ut pro tua clementia  
Sis præsul ac custodia.  
Procul recedant somnia,  
Et noctium phantasmata,  
Hostemq; nostrum comprime,  
Ne polluantur corpora.

Præsta &c.

CHORI

CHORIAMBICVM PRVDEN-  
tij, quando incenditur uesper lumen.  
I Nuentor rutili dux bone luminis,  
Qui cæteris uicibus tempora di-  
uidis.

Merso sole chaos ingruit horridū,  
Lumen redde tuis Christe fide-  
libus.

Quamuis in numero fidere regiam,  
Lunariq; polum lampade pinxe-  
ris,  
Incussu filicis lumina nos tamen  
Monstras saxigeno semine qua-  
rere.

Ne nesciret homo spem sibi luminis  
In Christi solido corpore conditā,  
Qui dici stabilem se uoluit petrā  
Nostris igniculis unde genus ue-  
nit.

Pinguis quos olei rore madentibus  
Lychnis ac facibus pascimus a-  
ridis.

Quin & fila fauis scirpea floreis,  
Presso melle prius collita fingi-  
mus.

HYMNI.

Viuax flamma uiget ceu caua testu-  
la

Succum linteola suggerit ebrio,  
Seu pinus piceā fert alimoniam,  
Seu cęram teretem stuppa calens  
bibit.

Splendent ergo tuis muneribus Pa-  
ter.

Flammis mobilibus scilicet atria,  
Absentemq; diē lux agit æmula,  
Quam nox cum lacero uicta fu-  
git peplo.

Per Christum genitum summe Pa-  
ter tuum,

In quo uisibilis stat tibi gloria,  
Qui noster DOMINVS, qui tu-  
us unicus,

Spirat de patrio corde Paraclētū.  
Per quem Splendor, honos, laus, sa-  
pientia,

Maiestas, bonitas & pietas tua,  
Regnum continuat numine tri-  
plici,

Texens perpetuis secula seculis.

AMEN.

SEQVVN.

# SEQVNTVR

HYMNI SEPTEM DE  
*tempore, in quibus per totam hebdo-*  
*madam singula opera creationis illius*  
*dici commemorantur.*

DIE DOMINICO, DE OPERE  
 primæ diei, Carmen Iambicum Dime-  
 trum beati Gregorij.

LVcis Creator optime,  
 Lucem dierum proferens,  
 Primordijs lucis nouæ  
 Mundi parans originem.  
 Qui mane iunctum uesperî  
 Diem uocari præcipis,  
 Tetrum chaos illabitur  
 Audi preces cum fletibus.  
 Ne mens grauata crimine,  
 Vitæ sit exul munere,  
 Dum nil perenne cogitat  
 Seseq; culpâs illigat.  
 Cœlorum pulset intimum  
 Vitale tollat præmium,  
 Vitemus omne noxium,  
 Purgemus omne pessimum.

Qq ij

## HYMNI.

Præsta Pater per Filium,  
 Præsta per alium spiritum.  
 Cum his per eum triplici  
 Vnus Deus cum numine.

FERIA SECUNDA. IAMBICVM  
 Dimetrum, de opere secundæ diei.

IMmense cœli conditor  
 Qui mixta ne confunderet,  
 Aquæ fluenta diuidens,  
 Cœlum dedisti limitem.

Firmans locum cœlestibus,  
 Simulq; terræ riuulis,  
 Vt unda flammæ temperet  
 Terræ solum ne dissipet.

Infunde nunc pijsime,  
 Donum perennis gratiæ,  
 Fraudis nouæ ne casibus,  
 Nos error atterat uetus.

Lucem fides inueniat,  
 Sic luminis iubar ferat,  
 Vt uana cuncta terreat,  
 Hanc falsa nulla comprimant.

FERIA TERTIA. IAMBICVM  
 Dimetrum, de opere tertiæ diei.

TElluris ingens conditor,  
 Mundi



Mundi solum qui detegens,  
 Pulsis Aquæ molestijs  
 Terram dedisti immobilem.

Vt germen aptum proferens,  
 Fuluis decora floribus  
 Fœcunda fructu sisteret  
 Pastumq; gratum redderet,  
 Mentis perustæ uulnera  
 Munda uirore gratiæ,  
 Vt facta fletu diluat,  
 Motusq; prauos atterat.

Iussis tuis obtemperet,  
 Nullis malis approximet,  
 Bonis repleti gaudeat,  
 Et mortis ictum nesciat.

Præsta Pater, &c.

FERIA QVARTA. DIMETRVM,  
 de opere quartæ dici.

Cœli Deus sanctissime,  
 Qui lucidum centrum poli  
 Candore pingis igneo,  
 Augens decoro lumine.

Quarto die qui flammeam,  
 Solis rotam constituens,  
 Lunæ ministras ordini

HYMNI.

Vagos recurfus syderum.  
 Vt noctibus uel lumini  
 Diremptionis terminum  
 Primordijs & mensium  
 Signum dares notissimum.  
 Illumina cor hominum,  
 Absterge sordes mentium,  
 Resolue culpæ uinculum,  
 Euerte moles criminum.

Præsta Pater &c.

FERIA QUINTA. IAMBICVM

Dimetrum, de opere quintæ dici.

Magnæ Deus potentiaë,  
 Qui ex aquis ortum genus  
 Partim remittis gurgiti,  
 Partim leuas in aëra.  
 Demersa lymphis imprimens,  
 Subiecta cœlis irrogans  
 Vt stirpe una prodita,  
 Diuersa rapiant loca.  
 Largire cunctis seruulis,  
 Quos mundat unda sanguinis,  
 Nescire lapsus criminum  
 Nec ferre mortis tædium.  
 Vt culpa nullum deprimat,  
 Nullum

Nullum leuet iactantia,  
 Elisa mens ne concidat,  
 Elata mens ne corruat.

Præsta Pater &c.

FERIA SEXTA. IAMBICVM DI-  
 metrum, de opere sextæ diei.

PLasmator hominis Deus  
 Qui cuncta solus ordinans.  
 Humum iubes producere  
 Reptantis & feræ genus.

Qui magna rerum corpora  
 Dicto iubentis uiuida,  
 Ut seruiant per ordinem  
 Subdens dedisti homini.

Repellito à seruis tuis,  
 Quicquid per immundiciam  
 Aut moribus se suggerit,  
 Aut actibus se interfert.

Da gaudiorum præmia,  
 Da gratiarum munera,  
 Dissolue litis uincula,  
 Astringe pacis fœdera.

Præsta Pater &c.

Qq iij

## HYMNI.

SABBATO. IAMBICVM DIME-  
trum.

**D**EVS Creator omnium  
 Poliq; rector uestiens  
 Diem decoro lumine,  
 Noctem soporis gratia.  
 Artus solutos ut quies  
 Reddat laboris usui  
 Mentefq; fessas alleuet,  
 Luctufq; soluat anxios.  
 Grates peracto iam die,  
 Et noctis exortu preces  
 Votis (reos ut adiuues)  
 Hymnum canentes soluimus.  
 Te cordis ima concinant,  
 Te uox canora concrepet,  
 Te diligat castus amor,  
 Te mens adoret sobria.  
 Ut cum profunda clauferit  
 Diem caligo noctium,  
 Fides tenebras nesciat,  
 Et nox fideli luceat.  
 Dormire mentem ne finas,  
 Dormire culpa nouerit,  
 Castos fides refrigerans

Somni

Somni uaporem temperet.

Exuto sensu lubrico

Te cordis alta somnient,

Ne hostis inuidi dolo

Pauor quietos suscitet.

Christum rogemus & patrem,

Christi patrisq; spiritum,

Vnus potens per omnia

Foue precantes Trinitas, Amen.

## SEQVNTVR

ORATIONES ECCLESIA-  
stica, per totum Annum, quas uulgo  
Collectas uocant, quæ spirant adhuc  
Christianam & Catholicam Ecclesiã.

DE TEMPORE.

DOMINICA I. ADVENTVS.

Verf. Vias tuas Domine demonstra  
mibi.

Ref. Et semitas tuas doce me.

EXcita quæsumus Domine poten-  
tiam tuam, & ueni, ut ab immi-  
nentibus peccatorum nostrorum pe-  
riculis te mereamur protegente cri-

Qq v



ORATIONES.

pi, & te liberante saluari. Qui cū patre & spiritu sancto uiuis & regnas  
DEVS &c.

DOMINICA II.

Verf. Ex Sion species decoris eius.

Ref. Deus manifeste ueniet.

**E**Xcita DOMINE corda nostra  
ad præparandas unigeniti tui ui-  
as, ut per eius aduentum purificatis  
tibi mentibus seruiamus, Qui uiuis  
& regnas &c.

DOMINICA TERTIA.

Verf. Memento nostri Domine in be-  
neplacito populi tui.

Ref. Visita nos in salutari tuo.

**A**Vrem tuam quæsumus DOMI-  
NE precibus nostris accommo-  
da, & menti nostræ tenebras gratia  
tuæ uisitacionis illustra, Per Domi-  
num nostrum &c.

**C**Oncede quæsumus Omnipotens  
DEVS, ut qui sub peccati iugo  
ex uetusta seruitute deprimimur, ex-  
pectati unigeniti Filij tui noua nati-  
uitate liberemur, Per eundem Do-  
minum &c.

DOMI-

## DOMINICA QUARTA.

Vers. Nolite timere Pusillanimes.

Ref. Deus noster ueniet & saluabit  
nos.

**E**Xcita quæsumus Domine poten-  
tiam tuam & ueni, & magna no-  
bis uirtute succurre, ut per auxilium  
gratiæ tuæ quod nostra peccata præ-  
pediunt, indulgentia tuæ propitia-  
tionis acceleret. Qui uiuis &c.

IN DIE NATIUITATIS  
Christi.

Vers. Puernatus est nobis.

Ref. Et filius datus est nobis.

**D**EVS qui sacratissimam noctem  
ueri luminis illustratione fecisti  
clarefcere, da quæsumus, ut cuius lu-  
cis mysteria in terra cognouimus,  
eius quoq; gaudijs in cœlo perfrua-  
mur. Qui tecum uiuit &c.

**D**A quæsumus Omnipotens De-  
us, ut qui noua incarnati uerbi  
tui luce perfundimur, hoc in nostro  
resplen-

ORATIONES.

resplendeat opere, quod per fidē fulget in mente. Per Dominum &c.

Verf. Verbum caro factum est, Alleluia.

Resp. Et habitauit in nobis, Alleluia.

**C**oncede quæsumus Omnipotēs Deus, ut nos unigenitū tui nouā per carnem Natiuitas liberet, quos sub peccati iugo uetusta seruitus tenet. Per Dominum &c.

DOMINICA I. POST NATIUITATIS Christi.

Verf. Dominus regnauit, decorem indutus est.

Resp. Indutus est Dominus fortitudinem & præcinxit se.

**O**mnipotens sempiterne Deus, dirige actus nostros in beneplacito tuo, ut in nomine dilecti filij tui mereamur bonis operibus abundare, Per eundem, &c.

IN

## IN DIE EPIPHANIAE.

Verf. Tria munera obtulerunt ma-  
gi.

Ref. Anrum, Thus & Myrrham.

**D**EUS qui hodierna die unigenitū  
tuum gentibus stella duce reuela-  
sti, concede propicius, ut qui te iam  
ex fide cognouimus, usque ad con-  
templandam speciem tuæ Celsitudi-  
nis perducamur. Per eun. &c.

DOMINICA I. POST EPIPHA-  
niæ.

Verf. Notum fecit Dominus salutare  
suum.

Ref. In conspectu gentium reuelauit iu-  
sticiam suam.

**V**Ota nostra **DOMINE** supplicā-  
tis populi tui cœlesti pietate pro-  
sequere, ut ea quæ agenda sunt, uide-  
ant, & ad implenda quæ uiderint cō-  
ualescant, Per Domi.

## DOMINICA SECUNDA.

Verf. Omnis terra adoret te Deus.

Ref. Et psalmum dicat nomini tuo altis-  
sime.

Omnis

ORATIONES.

**O**Mnipotēs sempiternē Deus, qui  
cœlestia simul & terrestria mode-  
raris, supplicationes nostras clemen-  
ter exaudi, & pacem tuam nostris cō-  
cede temporibus, Per Dominū &c.

DOMINICA TERTIA.

Verf. Dominus regnavit exultet terra.

Ref. Latentur insulæ multæ.

**O**Mnipotens & æternē DEVS, in-  
firmitatem nostram propicius re-  
spice, atq; ad protegendum nos dex-  
teram tuæ maiestatis extende, Per  
Dominum &c.

DOMINICA QVARTA.

Verf. Domine exaudi orationem me-  
am.

Ref. Et clamor meus ad te ueniat.

**D**Eus qui nos in tantis periculis  
constitutos pro humana scis fra-  
gilitate non posse subsistere, da no-  
bis salutem mentis & corporis, ut ea  
quæ pro peccatis nostris nos affli-  
gunt, te adiuuante uinca-  
mus, Per Domi-  
num &c.

DOMI-



ORATIONES. 52

DOMINICA QUINTA.

Vers. Domine exaudi orationem meā.

Res. Et clamor meus ad te ueniat.

FAMILIAM tuam quæsumus Domine, continua pietate custodi, ut quæ sola spe gratiæ cœlestis innitur, tua semper protectione muniat. Per &c.

DOMINICA EXAUDI.

Vers. Domine exaudi orationem &c.

CONSERUA populum tuum Deus, & tuo nomini fac deuotum, ut diuinis subiectus officijs, & temporalia utiliter, & æterna dona foeliciter percipiat. Per Dominum.

DOMINICA SEPTVAGESIMÆ.

Vers. Diligam te Domine uirtus mea.

Res. Dominus firmamentum meum, & refugium meū, liberator meus.

PRECES populi tui quæsumus Domine clementer exaudi, ut qui iuste pro peccatis nostris affligimur, pro tui hominis gloria misericorditer liberemur. Per Dominum &c.

DOMI

ORATIONES.

DOMINICA SEXAGESIMÆ.

Verf. Exurge DOMINE adiuua nos.  
Ref. Et redime nos propter nomen fan-  
ctum tuum.

**D**EV S qui conspicias, quia ex nul-  
la nostra actione confidimus, cō-  
cede propitius ut cōtra omnia mūdi  
pericula, et Diaboli tentationes tua  
benignitate muniamur, Per Domi-  
num &c.

DOMINICA QVINQVAGESI-  
mæ.

Verf. In te Domine speravi, non con-  
fundar in æternum.  
Ref. In iusticia tua libera me.

**P**Reces nostras quæsumus Domi-  
ne clementer exaudi, atque à pec-  
catorum uinculis absolutos, ab omni  
nos aduerfitate custodi. Per.

DOMINICA I. QVADRAGE-  
simæ.

Verf. Inuocauit me, & ego exaudiam.  
Ref. Eripiam eum, & glorificabo eum.

**D**EUS qui peccatis nostris offende-  
ris, & pœnitentia atque fide in Je-  
sum Christum filium tuum placaris,

pre-

Preces populi tui supplicantis propi-  
cius respice, & flagella tuæ iracūdig,  
quæ pro peccatis nostris meremur,  
auerte. Per eundem Dominum &c.

DOMINICA SECUNDA QVA-  
dragesimæ.

Verf. Ad te Domine leuaui animam me-  
am.

Ref. Deus meus in te confido, non eru-  
bescam.

DEVS qui cōspicis omni nos uirtu-  
te destitui, interius exteriusq; cu-  
stodi, ut ab omnibus aduersitatibus  
muniamur in corpore, & à prauis co-  
gitationibus mundemur in mente.

Per Dominum &c.

DEUS qui delinquentes perire nō  
pateris, donec cōuertantur & ui-  
uāt, debitā quæsumus peccatis no-  
stris suspende uindictam, & præsta  
propicius, ne dissimulatio cumulet  
ultionem, sed tua pro peccatis miseri-  
cordia semper abundet. Per &c.

DOMINICA TERTIA QVADRA-  
gesimæ.

Verf. Ad te leuaui oculos meos.

Ref. Qui habitas in cœlis.

Re

ORATIONES.

**Q**uæsumus omnipotens **DEVS**,  
uota humilium respice, atque ad  
defensionem nostram, & dexteram  
tuæ maiestatis extende. Per &c.

**DOMINICA QVARTA QVA-**  
dragesimæ.

**Vers.** Ab occultis meis munda me Do-  
mine.

**Res.** Et ab alienis parce seruo tuo.

**C**oncede quæsumus Omnipotēs  
**DEVS**, ut qui ex merito nostræ  
actionis affligimur, tuæ gratiæ con-  
solatione respiremus. Per.

**DOMINICA QVINTA.**

**Vers.** Cœli enarrant gloriam Dei.

**Res.** Et opera manuum eius annunciat  
firmamentum.

**DEVS** qui ineffabilibus mundū  
renouas sacramentis, præsta quæ-  
sumus, ut plebs tua te largiente ten-  
poralibus nō destituatur auxilijs, &  
te seruante æternis proficiat institui-  
tis, Per Dominum, &c.

**DOMINICA SEXTA.**

**Vers.** Domine ne longe facias auxiliū  
tuum à me.

**Res.** Ad defensionem meam respice.

Omni-

**O**Mnipotēs sempiternē Deus, qui humano generi ad imitandū humanitatis Exemplū, saluatorem nostrum carnē sumere et crucem subire fecisti, cōcede propitius, ut & patiētiā ipsius habere documēta, & resurrectionis consortia mereamur, Per eundem &c.

COLLECTAE PER HEBDOMADAM Passionis Domini.

1.

Verf. Iudica Domine nocentes me.

Ref. Expugna impugnantes me.

**D**A quæsumus omnipotens Deus, ut qui in tot aduersis ex nostra infirmitate deficimus, intercedēte unigeniti tui passione respiremus, Per eundem &c.

ALIA.

Verf. Christus factus est pro nobis obediens usque ad mortem.

Ref. Mortem autem Crucis.

**O**REMVS. Respice quæsumus Domine super hanc familiā tuam, pro qua Dominus noster Iesus Christus nō dubitauit tradi manibus nocentiū, & crucis subire tormentum, qui tecum &c.

Rr ij



ORATIONES.

II.

Verf. Eripe me de inimicis meis.

Ref. Domine ad te confugi.

**O**Mnipotens æterne DEVS, da nobis ita Dominicæ passionis sacramenta peragere, ut peccatorum nostrorum indulgentiam percipere mereamur. Per eundem.

III.

Verf. Domine exaudi orationem meam &c.

**D**EVS qui pro nobis filium tuum crucis patibulum subire uoluisti, ut inimici à nobis expelleres potestatem, concede nobis famulis tuis, ut per eiusdem filij tui passionem à morte perpetua liberemur. Amen.

IIII.

Verf. Caro mea uere est cibus.

Ref. Et sanguis meus uere est potus.

**D**EVS qui nobis sub Sacramento mirabili, passionis tuæ memoriã reliquisti, tribue quæsumus ita nos corporis & sanguinis sacra mysteria uenerari, ut redemptionis tuæ fructũ

in

in nobis iugiter sentiamus, Qui ui-  
uis &c.

v.

Verf. Proprio filio suo non pepercit  
Deus.

Ref. Sed pro nobis omnibus tradidit  
illum.

**D**omine IESVCHRISTE, qui  
confixus clauis & suspensus pro  
redemptione generis humani pro-  
prium sanguinē fudisti, miserere no-  
bis oppressis facinore & sorditatis,  
& præsta per sanctissimam passionē  
& mortem tuam, contra omnes Dia-  
boli & peccatorū infidias nos tuea-  
ris, qui mortuus es, & resurrexisti, &  
uiuis Deus, per omnia secula benedi-  
ctus.

vi.

Verf. Dominus conterens bella.

Ref. Dominus nomen illi.

**D**EVS qui nos ad celebrandum  
Paschale Sacramentū utriusque  
Testamenti paginis instruis, da no-  
bis intelligere misericordiam tuam,  
ut ex perceptione præsentium mu-

Rr iij

ORATIONES.

nerum firma sit expectatio futurorū,  
Per Dominum.

IN DIE PASCHAE.

Verf. Surrexit Dominus uere, Alleluia.

Ref. Et apparuit Simoni, Alleluia.

Verf. Christus resurgens ex mortuis  
iam non moritur, Alleluia.

Ref. Mors illi ultro non dominabitur  
Alleluia.

OREMVS.

**D**EVS qui per mortem filij tui peccatū & mortē destruxisti, & per resurrectionem eius iusticiam & uitam eternam donasti, ut à potestate Diaboli liberati in tuo regno uiueremus, concede nobis ut hæc firmiter credentes & in fide perseverantes tibi semper gratias agamus, Per eundem &c.

Verf. In resurrectione tua Christe.

Ref. Cælum & terra lætentur Alleluia.

**D**EVS qui per unigenitum tuum æternitatis nobis aditū deuicta morte referasti, uota nostra quæ præueniendo aspiras, etiam adiquando prosequere, ut & perfectam libertatem

tem consequi mereamur, & ad uitā  
proficiamus æternam, Per Domi-  
num &c.

**D**EVUS qui hodiernū diem gloria  
Dominicæ resurrectionis illu-  
stras, conserua in nouæ familiæ tuæ  
progenie adoptionis spiritum quem  
dedisti, ut mente & corpore renoua-  
ti, puram tibi exhibeat seruitutē. Per  
Dominum &c.

DOMINICA PRIMA POST  
pascha.

Verf. Pascha nostrum immolatus est  
Christus.

Ref. Epulemur in azymis sinceritatis  
& ueritatis.

**D**EVUS qui Ecclesiam tuam nouo  
semper foetu multiplicas, da famu-  
lis tuis, ut Sacramentum uiuendo te-  
neant, quod fide perceperunt. Per  
Dominum. 11.

Verf. Confitemini Domino quoniam  
bonus.

Ref. Quoniā in seculū misericordia eius

**D**EVUS qui in filij tui humilitate ia-  
centem mundū erexisti, fidelibus  
tuis

ORATIONES.

tuis perpetuam concede læticiam, ut quos perpetuæ mortis eripuisti casibus, gaudijs facias sempiternis perfrui. Per Dominum &c.

III.

Vers. Iubilate Deo, omnis terra Alleluia.

Res. Psalmum dicite nomini eius Alleluia.

**D**Eus qui errantibus, ut in viâ possint redire iusticiæ, veritatis tuæ lumen ostendis, da cunctis qui Christiana professione censentur, & illa respuere que huic inimica sunt nomini, & ea quæ sunt apta sectari. Per Dominum &c.

IIII.

Vers. Cantate Domino canticum novum Alleluia.

Res. Quia mirabilia fecit, Alleluia.

**D**Eus qui fidelium mentes unius efficis uoluntatis, da populis tuis id amare quod præcipis, id desiderare quod promittis, ut inter mūdanas uarietates, ibi nostra fixa sint corda, ubi uera sunt gaudia, Per Dominum &c.

Vers.



v.

Verf. Vocem iucunditatis annunciate,  
Alleluia.

Ref. Quoniam liberavit Dominus po-  
pulum suum, Alleluia.

**D**EVUS à quo bona cuncta proce-  
dunt, largire supplicibus tuis, ut  
cogitemus te inspirante quæ recta  
sunt, & te gubernante eadem facia-  
mus, Per Dominum &c.

## IN DIE ASCENSIONIS.

Verf. Ascendit Deus in iubilatione, Alle-  
luia.

Ref. Et Dominus in uoce tube, Alleluia.

VEL.

Verf. Ascendens Christus in altum, Al-  
leluia.

Ref. Captiuam duxit captiuitatem, de-  
dit dona hominibus, Alleluia.

**C**ONcede quesumus omnipotens  
Deus, ut qui hodierna die unige-  
nitum tuum coelos ascendisse credi-  
mus, ipsi quoq; mente in cœlestibus  
cohabitemus, Per DOMINVM &c.

**D**EVUS cuius filius in alta celo-  
rum potenter ascendens, captiui-  
tatem nostrâ sua duxit uirtute capti-

ORATIONES.

nam tribue quaesumus ut dona quae  
suis participibus contulit, largiatur &  
nobis Dominus noster Iesus Chri-  
stus, Qui tecum &c.

DOMINICA POST ASCEN-  
sionis Domini.

Verf. Dominus illuminatio mea, & sa-  
lus mea quem timebo?

**O**Mnipotens sempiternae Deus,  
fac nos tibi semper & deuotam  
gerere uoluntatem, & maiestati tuae  
sincero corde seruire, Per Dominum  
&c.

IN DIE PENTECOSTES.

Verf. Cor mundum crea in me Deus,  
Alleluia.

Ref. Et spiritum rectum in noua in uisceribus  
meis, Alleluia.

OREMVS.

**D**EVS qui hodierno die corda fide-  
lium sancti Spiritus illustratione  
docuisti, da nobis in eodem spiritu  
recta sapere, & de eius consolatione  
semper

semper gaudere, Per Christū Dominum nostrum.

Vers. Loquebantur uarijs linguis Apostoli Magnalia DEI.

Præsta quæsumus omnipotēs DEVS, ut claritatis tuæ super nos splendor effulgeat, & lux tuæ lucis corda eorum, qui per gratiam tuam renati sunt, sancti Spiritus illustratione confirmet. Per Dominum &c.

## IN DIE TRINITATIS.

Vers. Benedicamus Patrē & Filium cū sancto Spiritu.

Res. Laudemus & superexaltemus eū in secula.

OMnipotens sempiternus Deus, qui dedisti famulis tuis in cōfessione ueræ fidei æternæ trinitatis gloriam agnoscere, & in potentia maiestatis adorare unitatem, quæsumus, ut eiusdem fidei firmitate ab omnibus semper muniamur aduersis, Per Dominum &c.

ORATIONES.

DOMINICA PRIMA POST  
Trinitatis.

Verf. Domine in misericordia tua speraui.

Ref. Et exultauit cor meum in salutari tuo.

**D**EVS sperantiū fortitudo, adesto propicius inuocationibus nostris, ut quia sine te nihil potest mortalis infirmas, presta auxilium gratie tuæ, ut in exequendis mādati tuis, & uoluntate tibi & actione placeamus. Per Dominum nostrum IESVM Christum filium tuum, qui tecum uiuit et regnat in unitate spiritus sancti Deus, Per omnia secula seculorum, Amen.

11.  
Verf. Diligam te Domine uirtus mea.  
Ref. Dominus firmamentum meum & refugium meum.

**S**ANCTI nominis tui DOMINE timorē pariter & amorē fac nobis habere perpetuum, quia nunquam tua gubernatione destituis, quos in soliditate

ditate tuæ dilectionis instituis. Per  
Dominum nostrum &c.

III.

Verf. Respice in me & miserere mei.

Ref. Quoniam unicus & pauper sum  
ego.

**P**rotector noster in te sperantium  
**D**EVS sine quo nihil est ualidū  
nihil sanctum, multiplica super nos  
misericordiā tuā, ut te rectore, te duce  
sic transeamus per bona temporalia,  
ut non amittamus æterna, Per Do-  
minum &c.

IIII.

Verf. Adiuua nos Deus salutaris noster.

Ref. Et propter honorem nominis tuī  
Domine libera nos.

**D**A nobis quesumus, ut & mundi  
cursus pacifice nobis tuo ordine  
dirigatur, & Ecclesia tua trāquilla de-  
uotione latetur, Per Dominum &c.

V.

Verf. Protector noster aspice Deus.

Ref. Et respice super seruos tuos.

**D**EVS qui diligentibus te bona in-  
uisibilia preparasti infūde cordi-



ORATIONES.

bus nostris tui amoris affectū, ut te  
in omnibus & super omnia diligen-  
tes, promissiones tuas, quæ omne de-  
siderium exuperant, consequamur,  
Per Dominum &c.

VI.

Verf. Dominus fortitudo plebis suæ.  
Ref. Et protector salutarium Christi sui  
est.

**D**EVS uirtutum, cuius est totum  
quod est optimū, inferre pectori-  
bus nostris amorem tui nominis, &  
præsta nobis religionis augmentū,  
ut quæ bona sunt nutriat, ac pietatis  
studio quæ sunt nutrita custodias.  
Per Dominum &c.

VII.

Verf. Omnes gentes plaudite manibus.  
Ref. Iubilate Deo in uoce exultatio-  
nis.

**D**EVS cuius prouidentia in sui di-  
spofitione non fallitur, te suppli-  
ces exoramus, ut noxia cūcta submo-  
ueas, & omnia nobis profutura cō-  
cedas. Per Dominum &c.

VIII.

## VIII.

Verf. Suscepimus Deus misericordiam  
tuam.

Ref. In medio Templi tui.

**L**Argire nobis quæsumus Domine  
semper spiritum cogitandi que re  
cta sunt propitius & agendi, ut qui  
sine te esse non possumus, secundum  
te uiuere ualeamus, Per Dominum etc.

## IX.

Verf. Ecce Deus adiuuat me.

Ref. Et Dominus susceptor est animæ  
meæ.

**P**Ateant aures misericordiæ tuæ Do  
mine precibus supplicantium, &  
ut perentibus desiderata concedas,  
fac eos quæ tibi sunt placita postu  
lare. Per Dominum.

## X.

Verf. Dum clamarem ad Dominum.

Ref. Exaudiuit uocem meam.

**D**EVS qui omnipotentiam parcē  
do maxime & miserendo manife  
stas, multiplica super nos gratiā tuā,

ORATIONES.

ut ad tua promissa currentes, cœlestium bonorum facias esse consortes.  
Per Dominum &c.

XI.

Verf. Ad te Domine clamaui, Deus meus ne sileas.

Ref. Ne discedas à me.

**O**Mnipotens sempiternus Deus, qui abundantia pietatis tuæ, & merita supplicum excedis & uota, effunde super nos misericordiam tuam, ut dimittas quæ consciëntia metuit, & adijcias quæ oratio non præsumit. Per Dominum nostrum &c.

XII.

Verf. Benedicam Dominum in omni tempore.

Ref. Semper laus eius in ore meo.

**O**Mnipotens & misericors Deus, de cuius munere uenit, ut tibi à fidelibus tuis digne et laudabiliter seruiatur, tribue quæsumus nobis, ut ad promissiones tuas sine offensione curramus. Per Dominum nostrum &c.

XIII.

## ORATIONES.

51

XIII.

Vers. Domine Deus salutis meæ.

Ref. In die clamaui &amp; nocte coram te.

**O**Mnipotens sempiterne Deus, da nobis fidei, spei, & charitatis augmentum, & ut mereamur assequi quod promittis, fac nos amare quod præcipis. Per Dominum &c.

XIIII.

Vers. **DOMINE** refugium factus es nobis.

Ref. A generatione in generationem.

**C**ustodi quæsumus **DOMINE** Ecclesiam tuam propiciatione perpetua, et quia sine te labitur humana mortalitas, tuis semper auxilijs & abstrahatur à noxijs, & ad salutaria dirigatur. Per Dominum &c.

XV.

Vers. Bonum est confiteri Domino.

Ref. Et psallere nomini tuo altissime.

**E**ccliam tuã Domine miseratio continuata mundet & muniat, et quia sine te non potest salua consistere, tuo semper munere gubernetur. Per Dominum nostrum &c.

S s v

ORATIONES.

XVI.

Verf. Domine in auxilium meum re-  
spice.

Ref. Confundantur qui quærunt ani-  
mam meam.

**T**Va Domine quæsumus gratia se-  
per præueniat & sequatur, ac bo-  
nis operibus iugiter nos præstet esse  
intentos. Per Dominum &c.

XVII.

Verf. Iustus es Domine.

Ref. Et rectum iudicium tuum.

**D**A quæsumus Domine populo  
tuo diabolica vitare contagia, &  
te solum Deum pure mente sectari,  
Per Dominum nostrum &c.

XVIII.

Verf. Dirigatur oratio mea.

Ref. Sicut incensum in conspectu tuo.

**D**irigat corda nostra quæsumus  
Domine tuæ miserationis opera-  
tio, quia tibi sine te placere non pos-  
sumus, Per Dominum nostrum &c.

XIX.



XIX.

Verf. Si ambulauero in medio umbræ  
mortis.

Ref. Non timebo mala.

**O**Mnipotens & misericors Deus,  
uniuersa nobis aduersantia propi-  
tius exclude, ut mente & corpore  
pariter expediti, quæ tua sunt, liberis  
mentibus excquamur, Per Dominũ  
nostrum &c.

XX.

Verf. Oculi omnium in te sperant  
Domine.

Ref. Et tu das illis escam in tempo-  
re.

**L**Argire quæsumus Domine fideli-  
bus tuis indulgentiam placatus  
& pacem, ut pariter ab omnibus mũ-  
demur offensis, & secura tibi mente  
seruiatur, Per Dominum &c.

XXI.

Verf. In salutari tuo anima mea.

Ref. Et in uerbo tuo semper speraui.

**F**amiliam tuam quæsumus Domi-  
ne, continua pietate custodi, ut à  
cũctis aduersitatibus te protegẽte sit  
libera,

ORATIONES.

libera, & in omnibus actibus tuo no-  
mini sit deuota. Per Dominum &c.

XXII.

Verf. Ostende nobis Domine misericor-  
diam tuam.

Ref. Et salutare tuum da nobis.

**D**EVS refugium nostrum & uir-  
tus, adesto pijs Ecclesie tue preci-  
bus, autor ipse pietatis, & præsta, ut  
quod fideliter petimus, efficaciter cõ-  
sequamur. Per Dominum &c.

XXIII.

Verf. Si iniquitates obseruaueris Domi-  
ne.

Ref. Domine quis sustinebit.

**A**Bsolue quesumus Domine tuorũ  
delicta populorum, ut à peccato-  
rum nostrorũ nexibus, quæ pro no-  
stra fragilitate contraximus, tua be-  
nignitate liberemur. Per Dominum  
nostrum &c.

XXIIII.

Verf. In Deo laudabimus tota die.

Ref. Et nomini tuo confitebimur tota  
die.

Ex

**E**Xcita quæsumus Domine tuorum  
fidelium uoluntates, ut diuini o-  
peris fructum propensius exequen-  
tes, pietatis tuæ remedia maiora per-  
cipiant. Per Dominum, &c.

xxv.

Verf. Benedixisti Domine terram tuā.

Ref. Auertisti captiuitatem Iacob.

**O**Mnipotēs sempiternæ Deus, qui  
per gratiam tuā corporibus me-  
deris & mētibus, maiestatem tuam  
supplices exoramus, ut unigeniti Fi-  
lij tui meritis placatus, & præsentia  
nobis subsidia tribuas & futura. Per  
eundem Dominum &c.

## ORATIONES DE SANCTIS.

IN DIE NATALITIO  
Iohannis Baptistæ.

Verf. Fuit homo missus à Deo.

Ref. Cui nomen erat Iohannes.

**P**Ræsta quæsumus Omnipotens  
Deus, ut familia tua per uiam sa-  
lutis

ORATIONES.

lutis incedat, & beati Iohannis præcursoris hortamenta sectando, ad eum quem prædixit, secunda perueniat, Per Iesum Christum Dominum nostrum Filium tuum, Qui tecum uiuit &c.

IN DIE PETRI ET PAULI.

Verf. In omnem terram exiuit sonus eorum.

Resp. Et in fines orbis terræ uerba eorum.

**D**EVS qui Ecclesiam tuam Apostoli tui Petri fide & nomini consecrasti, quiq; illi beatum Paulum ad prædicandum gentibus gloriam tuam sociare dignatus es, concede, ut omnes qui Apostolorum tuorum memoriam agimus, spiritali remuneratione ditemur. Per Dominum &c.

IN DIE MAGDALENÆ.

Verf. Dimissa sunt ei peccata multa.

Ref. Quoniam dilexit multum.

**L**Argire nobis clementissime Deus, ut sicut Maria Magdalena Dominum

ORATIONES. 51

minum nostrum Iesum Christum scilicet  
per omnia diligendo, suorum obti-  
nuit ueniam peccatorum, ita nos quo-  
que apud tuam misericordiam per-  
petuam impetremus beatitudinem,  
Per eundem Dominum, &c.

IN DIE SANCTI LAV-  
re .iij.

Verf. Gloria & honore coronasti eum  
Domine.

Ref. Et constituisti eum super opera ma-  
num tuarum.

**D**A nobis quaesumus Omnipotens  
Deus; uitiorum nostrorum flam-  
mas extinguere, qui beato Laurētio  
tribuisti tormentorum suorum incen-  
dia superare, Per Dominum &c.

ASSUMPTIONIS MARIAE.

Verf. Ave MARIA gratia plena.

Ref. Dominus tecum.

**V**Eneranda nos Domine beatæ Ma-  
riæ festiuitas lætificet, quæ mor-  
tem subiit temporalem, nec tamen  
mortis nexibus deprimi potuit, quæ

Filium



ORATIONES.

Filium tuum de se genuit incarnatū,  
& credidit Saluatorem. Per Domi-  
num, &c.

DE SANCTO BARTHOLO-  
mæo.

Verf. Nimis honorati sunt amici tui  
Deus.

**O**Mnipotēs sempiternæ Deus, qui  
unius diei uenerandā sanctamq̄  
læticiam in beati Apostoli tui Bar-  
tholomæi festiuitate tribuisti, da Ec-  
clesiæ tuę quesumus, & amare quod  
credidit, & prædicare quod docuit  
Per Dominum nostrū Iesum, &c.

NATIVITATIS MARIAE.

Verf. Aue MARIA &c.

**F**Amulis tuis Domine cœlestis gra-  
tiæ munus impertire, ut quibus  
beatæ Mariæ uirginis partus salutis  
extitit exordium, natiuitatis eius uo-  
tīua solennitas pacis tribuat incre-  
mentum, Per Dominum &c.

IN

## IN DIE SANCTI MICHAELIS.

Verf. Benedicite Domino omnes Angeli eius.

Ref. Potentes uirtute qui facitis uerbum eius.

**D**EVS qui miro ordine Angelorum ministeria, hominumque dispensas, concede propitius, ut a quibus tibi ministrantibus in caelo semper assistitur, ab his in terra nostra uita muniat. Per Dominum &c.

## IN DIE SANCTI LUCAE.

Verf. In omnem terram &c.

**P**Ræsta quæsumus Omnipotens Deus, ut sicut deuote populus tuus Sancti Lucae Apostoli & Euangelistæ temporalem solennitatē obseruat, ita perfruatur æterna, et quod uotis amantissime celebrat, pio comprehendat affectu. Per Dominum &c.

## IN DIE SIMONIS ET IUDÆ.

Verf. Constitues eos principes super omnem terram.

## ORATIONES.

Ref. Memores erunt nominis tui Domine.

**D**EUS, qui nos per beatos Apostolos tuos Simonē & Iudam ad agnitionē tui nominis uenire tribuisti, da nobis eorū gloriam sempiternam & proficiendo celebrare, & celebrando proficere. Per Dominum &c.

### IN DIE OMNIUM Sanctorum.

Vers. Exultent iusti in conspectu Dei.  
Ref. Et delectentur in læticia.

**O**Mnipotēs sempiternæ Deus, qui nos omnes Sanctos tuos sub una tribuisti celebritate uenerari, quaesumus, ut desideratam nobis tuæ propitiationis abundantiam multiplicatis fidei & uirtutum exemplis largiaris. Per Dominum nostrum &c.

### IN DIE ANIMARVM.

Vers. Iustorum animæ in manu Dei sunt.  
Ref. Et nō tanget illos tormentum malitiæ.

DEVS,

**D**EVS, qui nos per os sancti Pauli  
Apostoli tui de obdormientibus  
in Christo nō contristandos docui-  
sti, præsta quæsumus, ut cum omni-  
bus fidelibus defunctis adueniente  
Filio tuo Domino nostro Iesu Chri-  
sto, ad æterna gaudia fœliciter perdu-  
camur. Per eundem Dominum &c.

## DE S. STEPHANO.

Vers. Captabant in animam iusti.

Res. Et sanguinem innocentem con-  
demnabant.

**D**A nobis quæsumus Domine, imi-  
tari quod colimus, ut discamus  
& inimicos diligere, quia eius nata-  
litia celebramus, qui nouit etiã pro  
peccatoribus exorare. Per Domi-  
num, &c.

DE S. IOHANNE EVAN-  
gelista.

Vers. Cibauit illum Dominus pane ui-  
tæ & intellectus.

Res. Et aqua sapientiæ saluari potauit  
illum.

**E**Cclesiam tuã quæsumus Domi-

## ORATIONES.

ne benignus illustra, ut beati Iohannis Apostoli tui & Euangelistæ illuminata doctrinis, ad dona perueniat sempiterna. Per Dominum, &c.

### DE INNOCENTIBVS.

Verf. Iustorum animæ in manu Dei sunt.

Res. Et non tanget illos tormentū malitiæ.

**D**EVS, cuius hodierna die præconium innocentes martyres non loquēdo, sed moriendo cōfessū sunt, omnia in nobis uitiorum mala mortifica, ut fidem tuam quam lingua nostra loquitur, etiam uita moribus fateatur. Per Dominum &c.

### IN DIE CONVERSIONIS Pauli.

Verf. In omnem terram &c.

**D**EVS qui uniuersum mundū beati Pauli Apostoli prædicatione docuisti, da nobis quæsumus, ut curius Conuersionem colimus, eius ad te exemplo gradiamur. Per Dominum &c.

IN



ORATIONES. 57

IN DIE PURIFICATIONIS

Verf. Verbum caro factum est.

Ref. Et habitauit in nobis.

**O** Remus: Omnipotens Deus, maiestatem tuam supplices exoramus, ut sicut unigenitus tuus Filius cū nostræ carnis substantia in Templo præsentatus est, ita nos facias tibi purificatis mentibus præsentari, & uitam obtinere sempiternam, Per eundem &c.

IN DIE ANNUNCIATIONIS  
 nis Mariæ.

Verf. Ostende nobis Domine misericordiam tuam.

Ref. Et salutare tuum da nobis.

**D**EVS qui de beatæ Mariæ uirginis utero uerbum tuum Angelo nunciante carnem suscipere uoluisti, præsta supplicibus tuis, ut qui uere Filium tuum à Spiritu sancto in Maria conceptum natumq; credimus, eius Filij apud te intercessionibus adiuuemur. Per eundem &c.

ORATIONES.

IN DIE VISITATIONIS

Mariæ.

Vers. Suscepit Deus Israel puerum suū.

Res. Recordatus misericordiæ suæ.

**O** Remus: Deus qui nos presentem festiuitatem Iesu Christi Filij tui, & Mariæ matris eius uenerari fecisti, præsta quesumus, ut qui eiusdem uirginis humilitatis & gaudiorum, quibus Elisabet uisitauit, solennia celebramus, in eorum gaudijs iugiter maneamus. Per Dominum &c.

IN DIE S. MARCI.

Vers. Constitues eos principes &c.

**D**EVS qui beatū Marcum Euangelistam tuum Euangelicæ prædicationis gratia sublimasti, tribue quesumus eius nos semper eruditione proficere, & fide fulciri. Per Dominum &c.

IN DIE PHILIPPI ET IACOBI.

Vers. Cæli enarrant gloriam Dei.

Res. Rectos decet collaudatio.

**D**EVS qui nos annua Apostolorum  
rum

rum tuorum Philippi & Iacobi solennitate letificas, presta quæsumus, ut quorū uirtutibus gaudemus, eorum instruiamur exemplis. Per Dominum &c.

## DE APOSTOLIS.

Verf. Exultate iusti in Domino.

Ref. Et opera manuum eius annunciat firmamentum.

**D**A nobis quæsumus æterne Deus, beati N. Apostoli tui solennitate gloriari, ut illius fidei confessionem congrua deuotione sectemur. Per Dominum &c.

## DE MARTYRIBVS.

Verf. Visi sunt oculis insipientium  
mori.

Ref. Illi autem sunt in pace.

**P**resta quæsumus omnipotens Deus, ut qui gloriosos martyres fortes in sua confessione cognouimus, in æterna læticia de illorum societate gaudeamus. Per Dominum &c.

ORATIONES.

DE CONFESORIBVS.

Verf. Iustum deduxit Dominus per uiam  
rectam.

Ref. Et ostendit illi regnum Dei.

**E**Xaudi Domine preces nostras,  
quas in sancti N. confessoris tui  
festiuitate deferimus, ut qui tibi di-  
gne meruit famulari in terris, per il-  
lius ad te exempla gradiamur. Per  
Dominum &c.

DE VIRGINIBVS.

Verf. Specie tua & pulchritudine tua.

Ref. Intende prospere procede & re-  
gna.

**O**Mnipotens DEVS, qui infirma  
mundi eligis, ut fortia quæq; con-  
fundas, quiq; inter cætera potentia  
tuæ miracula, etiam in fragili sexu  
uictoriam martyrij contulisti, exau-  
di nos quæsumus, ut sicut de beatæ  
uirginis N. festiuitate gaudemus, ita  
piæ in te deuotionis erudiamur af-  
fectu, Per Dominum &c.

ORA

## ORATIONES

PRO VARIIS.

PRO PECCATORVM RE-  
missione.

Vers. De profundis clamaui ad te Do-  
mine.

Res. Domine exaudi uocem meam.

**E**Xaudi quæsumus Domine sup-  
plicum preces, & cõfitentium ti-  
bi parce peccatis, ut pariter nobis in-  
dulgentiam tribuas benignus & pa-  
cem. Per Dominum &c.

**P**ARce Domine, parce peccatis no-  
stris, & quamuis incessabiliter  
delinquentibus cõtinua pœna de-  
beatur, præsta quæsumus, ut quod  
ad perpetuum meremur exitium, a  
nobis transeat ad correctionis auxi-  
lium. Per Dominum &c.

## PRO SALVTE PROXIMI.

Vers. Iustus es Domine, & rectum iudi-  
cium tuum.

Res. Fac cum seruo tuo secundum mise-  
ricordiam tuam.



## ORATIONES.

**O**Mnipotens Deus, miserere famulo tuo, & dirige eum secundū clementiam tuam in uiam salutis æternæ, ut te donante tibi placita cupiat, & tota uirtute perficiat. Per &c.

## PRO PACE.

Verf. Fiat pax in uirtute tua.

Ref. Et abundantia in terribus uais.

**D**EVS à quo sancta desideria, recta cōsilia, & iusta sunt opera, da seruis tuis illam quam mundus dare non potest pacē, ut & corda nostra mandatis tuis sint dedita, & hostiū sublata formidine sint tua protectione tranquilla. Per Dominū &c.

## ALIA.

**O**Mnipotēs sempiterne Deus, qui celestia simul & terrena moderaris, supplicationes populi tui clementer exaudi, & pacem tuam nostris concede temporibus. Per Christum Dominum nostrum &c.

PRO

PRO AGNOSCENDA  
ueritate.

Verf. Ad te leuaui oculos meos.

Ref. Qui habitas in cœlis.

**I**nfunde quæsumus **DOMINE** famulis tuis, spiritū ueritatis & pacis, ut quæ tibi placita sunt toto corde cognoscant, & agnita tota uirtute sectentur. Per eundem, &c.

CONTRA ADVERSITA-  
tes.

Verf. Redime nos Deus Israel.

Ref. Ex omnibus iniquitatibus nostris.

**D**EVS qui contritorum non despicias gemitum, & inœrentium nō spernis affectū, adesto precibus nostris, quas tibi pro tribulatione nostra effundimus, easq; clementer suscipere dignare, ut quicquid contra nos diabolicæ atque humanæ moluntur aduersitates, ad nihilum redigatur, & consilio tuæ pietatis allidatur, ut nullis insectationibus læsi in Ecclesia tua sancta tibi gratias referamus. Per Dominum &c.

ORATIONES.  
CONTRA SVBITANEAM  
mortem.

Vers. Qui regis Israel intende.

Ref. Qui ducis uelut ouem Ioseph.

**O**Mnipotens & misericors Deus,  
respice propitius populum tuum  
maiestati tuæ subiectum, & ne nos  
furor intempestiuæ mortis inueniat,  
dextera tua propitiationis custodi  
at. Per Dominum & c.

PRO CAPTIVIS.

Vers. Domine exaudi orationem meam.

Ref. Et clamor meus ad te ueniat.

**D**EVS, qui beatum Petrum Apo  
stolum à uinculis absolutum ille  
sum abire fecisti, famulorum tuorum  
N. in captiuitate positorum uincula  
solue, nosq; de illorum liberatione ci  
to lætifies. Per Dominum nostrum  
& c.

PRO MORITVRIS.

Vers. Secundum multitudinem misera  
tionum tuarum Domine.

Ref. Dele iniquitates nostras.

**O**Mnipotens Deus, conseruator  
anima

ORATIONES. 61

animarum, qui quos diligis corripi-  
 pis, & quos corripis, pie ad emenda-  
 tionem coërces, gratias agimus tibi  
 múltiples, & confisi de tua pietate  
 gloriosa, precamur ut misereri digne  
 ris famulo tuo, ne præualeat aduer-  
 sarius animæ illius, sed hæc transitū  
 mereatur ad uitam æternam. Per  
 Dominum &c.

PRO INIMICIS.

Vers. Domine exaudi orationem meā.  
 Ref. Et clamor meus ad te ueniat.

**D**EVS pacis, charitatisq; amator  
 & custos, da omnibus inimicis  
 nostris pacem, charitatemq; ueram,  
 cunctorumq; eis tribue remissionē  
 peccatorum, & nos ab eorum infi-  
 dijs potenter eripe. Per Dominum  
 nostrum &c.

PRO CHARITATE.

Vers. Exurgat Deus, & dissipentur ini-  
 mici.  
 Ref. Et fugiant qui oderunt eum à facie  
 eius.

**D**EVS qui diligentibus te, facis  
 Vu iij

## ORATIONES.

cuncta prodesse, da cordibus nostris inuiolabilem charitatis affectum, ut desideria de tua inspiratione concepta, nulla possint maleuola tentatione mutari. Per Dominum nostrum &c.

### PRO CASTITATE.

Vers. Cor mundum crea in me Deus.

Res. Et spiritum rectum innoua in uisceribus meis.

**V**Re igne sancti spiritus renes nostros & cogitationes nostras, ut pudicitie & sanctimonie nouitate reflorescete carne nostra, tibi casto corpore seruiamus, & mundo corde placeamus. Per Dominum &c.

### PRO HUMILITATE.

Vers. Domine exaudi orationem meam &c.

**D**EVS, qui superbis resistis, humilibus autem das gratiam, auge in nobis uerae humilitatis uirtutem, cuius formam in se credentibus unigenitus tuus exhibuit, ut nunquam indignationem tuam prouocemus elati. Per eundem Dominum &c.

CON



ORATIONES. 62

CONTRA ECCLESIAE AD-  
uerfitates.

Vers. Domine exaudi &c.

**E**Cclesiæ tuæ quæsumus Domine  
preces placatus admitte, ut de-  
structis spiritu oris tui hostibus, &  
erroribus uniuersis, secura & Chri-  
stiana tibi seruiat libertate. Per Do-  
minum &c.

**Q**uæsumus Domine preces no-  
stras placatus admitte, & in pro-  
tectione Ecclesiæ tuæ antiqua bra-  
chij tui operare miracula, ut Anti-  
christi, omniumq; inimicorum eli-  
das superbiam, & eorum audaciam  
dexteræ tuæ uirtute prosternas. Per  
Dominum &c.

PRO SERENITATE.

Vers. Ostende nobis Domine misericor-  
diam tuam.

Res. Et salutare tuum da nobis.

VEL,

Vers. Dominus dedit benignitatem.

Res. Et terra nostra dabit fructum  
suum.

**O**Remus: Ad te nos Domine cla-  
Vu iiij

ORATIONES.

mantes exaudi, & aeris serenitatem  
nobis tribue supplicatibus, \* ut qui  
iuste pro peccatis nostris affligimur,  
misericordia tua praeueniente cle-  
mentiã sentiamus. Per Dominũ &c.

VEL, \* ut qui pro peccatis no-  
stris iuste affligimur, pro tui nomi-  
nis gloria misericorditer liberemur.  
Per Dominum nostrum Iesum Chri-  
stum, Amen.

PRO PLUVIA.

Verf. Dominus dabit benignitatem.

Ref. Et terra nostra dabit fructũ suũ.

OREMVS.

**D**EVS in quo uiuimus, mouemur  
& sumus, pluuiam nobis tribue  
congruentem, ut præsenti-  
bus subsidijs adiuti, sempiterna fiducia-  
lius ap-  
petamus. Per Dominum no-  
strum Iesum Christum,  
Amen.

LATE

# LATINA LITANIA CORRECTA.

Kyrie Eleison.

Christe Eleison.

Kyrie Eleison.

Pater de cœlis Deus,  
Fili redemptor mundi  
Deus,  
Spiritus sancte Deus,

Misere  
rere  
nobis.

Propitius esto,

Parce no-  
bis Do-  
mine.

Propitius esto,  
Ab omni peccato  
Ab omni errore,  
Ab omni malo,  
Ab insidijs Diaboli,  
A subitanea & improuisa  
morte,  
A peste & fame,  
A bello & cæde,  
A seditione & similtate,  
A fulgure & tēpestatibus,

Libera  
nos  
Domine.

Vu v.

LITANIA.

A morte perpetua,  
Per mysterium sanctæ incar-  
nationis tuæ,  
Per sanctam natiuitatem  
tuam,  
Per Baptismum, ieiunium  
& tentationes tuas,  
Per agoniam & sudorē tuū  
sanguineum,  
Per crucem & passionem  
tuam,  
Per mortem & sepulturam  
tuam,  
Per resurrectionem & ascen-  
sionem tuam,  
Per aduentum Spiritus san-  
cti paracleti,  
In omni tempore tribulatio-  
nis nostræ,  
In omni tempore infœlicita-  
tis nostræ,  
In hora mortis,  
In die Iudicij,

Libera  
nos  
Domine.

Pecca

Peccatores,

Vt Ecclesiam tuam sanctā  
Catholicam regere & gu-  
bernare digneris,

Vt cunctos Episcopos, Pa-  
stores & ministros Eccle-  
siae in sano uerbo & san-  
cta uita seruare digneris,

Vt sectas & omnia scanda-  
la tollere digneris,

Vt errantes & seductos re-  
ducere in uiam ueritatis  
digneris,

Vt satanam sub pedibus  
nostris conterere di-  
gneris,

Vt operarios fideles in mes-  
sem tuam mittere digne-  
ris,

Vt incrementum uerbi &  
fructum spiritus cunctis  
audientibus donare di-  
gneris,

Te ro-  
gamus  
audi  
nos.

Vt



## LITANIA.

- Vt lapsos erigere & stantes  
 confortare digneris,  
 Vt pusillanimes & tentatos  
 consolari & adiuuare di-  
 gneris,  
 Vt Regibus & Principibus  
 cunctis pacem & concor-  
 diam donare digneris,  
 Vt Cæsari nostro perpetuam  
 uictoriam contra hostes  
 tuos donare digneris,  
 Vt principem nostrum cum  
 suis præsidibus dirigere  
 & tueri digneris,  
 Vt magistratui & plebi no-  
 stræ benedicere & custo-  
 dire digneris,  
 Vt afflictos & periclitantes  
 respicere & saluare di-  
 gneris,  
 Vt prægnantibus & lacten-  
 tibus foelicem partum &  
 incrementum largiri di-  
 gneris,

Te ro-  
 gamus  
 audi  
 nos.

Vt in-

## LITANIA.

61

Vt infantes & aegros fouere & custodire digneris.

Vt captiuos liberare digneris,

Vt pupillos & uiduas protegere & prouidere digneris,

Vt cunctis hominibus misereri digneris,

Vt hostibus, persecutoribus & calumniatoribus nostris ignoscere et eos conuertere digneris.

Vt fruges terræ dare & conseruare digneris,

Vt nos exaudire digneris,

Te rogamus  
audi  
nos.

Agne Dei qui tollis peccata mundi,

Agne Dei qui tollis peccata mundi,

Misere  
re  
nobis.

Agne Dei qui  
tollis peccata  
mundi,

Dona  
nobis  
pacé.

Chri-

LITANIA.

Christe Exaudi nos.

Kyrie Eleison.

Christe Eleison.

Kyrie Eleison.

A M E N.

Pater noster qui es in cœlis &c.

O R A T I O.

Vers. Domine non secundum peccata  
nostra facias nobis.

Ref. Neque secundum iniquitates no-  
stras retribuas nobis.

**D**EVS misericors Pater, qui con-  
tritorum non despicias gemitū,  
& mœrentium non spernis affectū,  
adesto precibus nostris, quas in affli-  
ctionibus, quæ iugiter nos premunt,  
coram te effundimus, easq; clemēter  
exaudi: ut hoc quod contra nos Dia-  
bolicæ ac humanę fraudes moluntur,  
ad nihilum redigatur, consilioq;  
tuę bonitatis dispergatur: ut nullis  
insectationibus læsi, in Ecclesia tua  
sancta tibi semper gratias agamus.  
Per Dominum &c.

ALIA

## ALIA.

Vers. Adiuua nos Deus salutaris noster.

Ref. Et propter gloriam nominis tui libera nos, & propitius esto peccatis nostris propter nomē tuū.

**O**Mnipotens æterne Deus, cuius Spiritu totum corpus Ecclesiæ sanctificatur & regitur, exaudi nos pro uniuersis ordinibus supplicantes, ut dono gratiæ tuæ ab his omnibus pura fide tibi seruiatur. Per Dominum nostrum &c.

## ALIA.

Vers. Ne intres Domine in iudicium eū seruo tuo.

Ref. Quia non iustificabitur in conspectu omnis uiuens.

**O**Mnipotens Deus, qui nos in tantis periculis constitutos propter humanam fragilitatem, scis non posse consistere, da nobis salutem mentis & corporis, ut ea quæ pro peccatis nostris nos affligunt, te adiuuante uincamus. Per Dominum nostrum &c.

## ALIA

ORATIONES.

ALIA.

Verf. Peccauimus Domine cum patribus nostris.

Ref. Iniuste egimus & iniquitatem fecimus.

**D**eus qui delinquentes perire nō pateris, donec cōuertantur & uiuā debitā quæsumus, peccatis nostris suspende uindictam, & præsta propitius, ne dissimulatio cumulet ultionem, sed tua pro peccatis nostris misericordia semper abundet. Per Dominum &c.

ALIA.

Verf. Inuoca me in die tribulationis.

Ref. Et erua me & tu honorificabis me.

**P**arce Domine parce peccatis nostris, & quamuis incessabiliter delinquentibus continua pœna debeatur, præsta tamē quæsumus, ut quod ad perpetuum meremur exitium, trāseat à nobis ad correctionis auxiliū. Per Dominum nostrum &c.

Num. 6.

Lo



Locutusque est Dominus ad Mo-  
sen, dicens: Loquere Aaron & filijs  
eius: Sic benedicetis filijs Israel, & di-  
cetis eis,

Benedicat tibi **DOMI-  
NVS**, & custodiat te: Ostendat  
**DOMINVS** faciem su-  
am tibi, & misereatur tui: Con-  
uertat Dominus uultum  
suum ad te, & det  
tibi pacem.

Inuocabuntque nomen meum  
super filios Israel, & ego benedicam  
eis.

ORATIONVM

*finis.*

# INDEX CANTI- CORVM.

A.	
Audite cœli quæ loquor.	3
B.	
Benedictus Dominus Deus Israel	10
C.	
Cantemus Domine gloriose	2
Confitebor tibi Domine quoniam	7
Credo in unum Deum Patrem	14
D.	
Domine audiui auditionem	8
E.	
Exultauit cor meum in Domino	6
Ego dixi in dimidio dierum	7
M.	
Magnificat anima mea Dominum	9
N.	
Nunc dimittis seruum tuum	11
Q.	
Quicumque uult saluus esse	12
T.	
Te Deum Laudamus	11
V.	
Venite exultemus Domino	15

INDEX.

# INDEX HYMNORVM

## A.

A solis ortus cardine	18
Agnoscat omne seculum	18
Audi benigne Conditor	22
Ad cœnam agni prouidi	28
Aeterno gratias Patri	34
Aeterne gratias tibi	37
Angelis hæc est sacra lux.	41

## C.

Conditor alme syderum	17
Corde natus ex parentis	19
Christe qui lux es & dies	22
Clarum decus ieiunij	23
Chorus nouæ Hierusalem	27
Cœli Deus sanctissime	47

## D.

Dies absoluti prætereunt	20
Dicimus grates tibi summe	40
Deus creator omnium	48

## E.

Ex more docti mystico	21
-----------------------	----

## F.

Festum nunc celebre	29
Fit porta Christi peruisa	33
Festa Laurenti celebri per annum	38

## G.

Gloria laus & honor	34
---------------------	----

I N D E X.

H.	
Herodes hostis impie.	20
I.	
Iesu quadragenariae	23
Iesu Redemptor seculi	28
Iesu nostra redemptio	30
Iam lucis orto sydere	43
Inuentor rutili dux bone	45
Immenſe caeli conditor	46
L.	
Lux aurea roſeo nitore	36
Lucis creator optime	46
M.	
Magne Deus potentiae.	47
N.	
Nunc ſancte nobis Spiritus	44
O.	
O lux beata trinitas	32
P.	
Pange lingua glorioſi.	25
Pange lingua, de corpore Chriſti	33
Plasmator hominis Deus	48
Q.	
Quam lata perfert nuncia	38
R.	
Rex Chriſte factor omnium	26
Rector potens, uerax Deus	44
Rerum Deus tenax uigor	44
S.	
Salue feſta dies	27
Sancte Spiritus adſit nobis	31

Somno

INDEX.

Somno refectis artubus	43.
T.	
Tu qui omnium seculorum sanctos.	32
Te lucis ante terminum	44
Telluris ingens conditor	46
V.	
Veni redemptor gentium	16
Verbum supernum prodiens.	16
Vox clara ecce intonat	17
Vexilla Regis prodeunt	24
Vidit anguis immolatam.	16
Vita sanctorum	29
Veni Creator spiritus.	30
Veni sancte Spiritus	32
Virgo Dei genitrix'	34
Vt queat festo celebrare cantu.	34

FINIS.

ARGENTORATI

*Excudebat Iosias Ribelius,*

ANNO M. D. LXVI.





INDEX

1	...
2	...
3	...
4	...
5	...
6	...
7	...
8	...
9	...
10	...
11	...
12	...
13	...
14	...
15	...
16	...
17	...
18	...
19	...
20	...
21	...
22	...
23	...
24	...
25	...
26	...
27	...
28	...
29	...
30	...
31	...
32	...
33	...
34	...
35	...
36	...
37	...
38	...
39	...
40	...
41	...
42	...
43	...
44	...
45	...
46	...
47	...
48	...
49	...
50	...

INDEX

1	...
2	...
3	...
4	...
5	...
6	...
7	...
8	...
9	...
10	...
11	...
12	...
13	...
14	...
15	...
16	...
17	...
18	...
19	...
20	...
21	...
22	...
23	...
24	...
25	...
26	...
27	...
28	...
29	...
30	...
31	...
32	...
33	...
34	...
35	...
36	...
37	...
38	...
39	...
40	...
41	...
42	...
43	...
44	...
45	...
46	...
47	...
48	...
49	...
50	...





11

1521



... factos ...

... factos ...

**C**

... factos ...

**S**

... factos ...

**H**

... factos ...

